



Libri duo philippicorum, sive De equorum natura, electione, educatione, disciplina & curatione

<https://hdl.handle.net/1874/34174>

ga

L i b r i - d u o

ODJgg42

1
A600

0370

P H I L I P P I C O R U M

sive de

E Q U O R U M

Naturâ, Electione, Educatione, Disciplinâ,

& Curatione.

A u t h o r e

P E T R O à N A A L D W Y C K

Batavo, D. Medic. apud Gothoburg.



Lugduni Batavorum,

Apud Andream Cloucquium, Bibliopolam.

Sub Signo Angeli Coronati.

Anno M.D.CXXXI.

Illustrissimo & Maximo viro,
 D. AXELIO OXENSTIERNAE,
 Equiti, Uytholmiæ, Cymithæ ac Tydonæ Baroni,
 Serenissimi Suecorum, Gothorum, Wandalorum, &c. Re-
 gis Gustavi II, regnorumque ejus Consiliario & Can-
 cellario summo:

Nec Non

Nobilissimo ac Magnifico viro,

D. THEODOOR O-V ALKENBURGIO,
 Equiti, Domino in Coningsbergh, &c. Serenissimi ejusdem
 Regis Aulæ præfecto, ac Tribuno militari.
 Dominis meis ac patronis omni observantia colendis.

Illustrissimo, Generosissimique Domini:



X quo tempore me exceptit Suecia vestra,
 hoc omni studio egi, ut me in novas terras re-
 ceptum, fide, obedientia, consilio, aliisque
 boni civis officiis crescenti huic civitati
 probarem. Quare in ea Medicinam feci, ad quam exercendam
 Senatus hujus autoritate evocatus fueram, jam antèsexen-
 nium. Nec destiti interim aliis quoque modis Reipublicæ
 hujus usibus studere, & promodulo mea ea conferre, quæ
 ad ejus incolumentem, incrementum ac felicitatem face-
 rent. Quum verò vitæ meæ maximam partem humanioribus
 literis, ac doctrinæ studiis transegisset, non potui

in otio hic constitutus; prorsus otiosus esse, & bonarum horarum prodigus. Quamobrem subinde, prout impetus ferebat, ad hoc vel illud argumentum delatus, quædam scribere coepi, ac meditari. cumq; egregia & digna homine liberali ea disquisitio videretur, quæ de Equorum natura institui pesset, ad eam animum adjevi, eo successu, ut Libellis duobus Equorum historiam complexus fuerim. Atque hos quidem Vestris Excellentiis inscribere visum, quos non solum rei literariæ patronos summos ac Mecœnates esse comperi, sed & rerum mearum studiosissimos. Nec inconveniens viris Heroicis argumentum selegi, quorum virtus quam maximè in edomando Equo & olim emicuit, & hodie etiam num emicat. Hinc Achillem Homerūs, Æneam Virgilius, Alexandrum Magnum Plutarchus, Iulium Cæsarem, Valentianum, aliosque laudant Romani scriptores. Quid, quod & eas virtutes, quas in homine summopere veneramur, Fidem, Ingenium, Pietatem, in Equis quoquesuspiciamus, uti veterum & recentiorum, exemplis constat. Vos Herœes inclyti Levidense hoc munusculum boni consulite, & præsidio vestro ac patrocinio adversus Livoris tela protegite, defendite. Ita vos hospitet, prosperetque, Equorum Sapientissimus Creator. Ita in castris, vobis Stetsonipes & Frena Ferox Spumatia mandat.

Vestræ Celsitudini humillimè devotus

PETRUS à NAALDWYCK.

Loca

LOCA ILLUSTRIUM AUTHORUM,

D E E Q U O R U M

natura, fide, & ingenio.

P l i n i u s .

Amissos lugent dominos, lacrimasque interdum desiderio fundunt.

Ante hunc Virgilius de Pallantis occisi Equo.

positis insignibus Aethon

It lachrymans, guttisque Lumectat grandibus ora.

ANTIQUIOR HOMERUS DE PATROCLII OCCISI EQUIS:

EX GRAECO ITA VERTUNTUR.

AE acidae sed equi paullum à pugnâ inde remoti
Flebant, ut primum aurigam novere peremptum,
Hectoreis manibus, dejectum in pulvere foedo.

PLINIUS SCRIBIT:

Antiochum regem, cum prælio Gallos fudisset,
Contareti Ducis, qui ceciderat, equum insigni specie
conscendisse: atque hunc indignatione accensum, spretis
lupatis, in abrupta isse, seque & equite una afflito.

ARISTOTELES PRODIDIT:

Scytharum regi nobilem equum fuisse; & pulcherrimæ
sobolis semper matrem. Èa causa motum regem, ut filium
generosum matri admiseret, atque ita stirpem augeret:
sed illum, etsi incitatum à proriga, recusasse. Cum au-
tem placuisse tegi matrem, ut imprudens superveniret:
factum quidem, sed mox detecta & agnitæ, flagitū impa-
tientiæ fugam properasse, & per abrupta se præcipitasse.

AGELLIUS DE BUCEPHALO.

/talentis

Equus Alexandri regis & capite & nomine Bucephalus fuit. Emptum Cares scripsit XIII & regi Philippo donatum. Aëris nostri summa est sestertia CCCXII. (Philippici circiter 7300) Super hoc equo dignum memoria visum, quod ubi ornatus erat, armatusque ad prælium, haud unquam inscendi sese ab alio, nisi à rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est, quod cum in eo insidens Alexander bello Indico, & facinora faciens fortia, in hostium cuneum, non satis sibi providens, immisisset, conjectisque undique in Alexandrum telis, vulneribus altis in service atque latere equus perfossus esset: moribundus tamen ac propè jam exanguis, è medijs hostibus regem vivacissimo cursu retulit: atque ubi eum extra tela extulerat, illico concidit: & domini jam superstitis securus, quasi cum sensus humani solatio, animam expiravit. Tum Rex Alexander, parta ejus belli victoria, oppidum in ijsdem locis condidit: atque ob equi honores Bucephalon appellavit.

EX DIONE.

Severus Imperator, cum Praetorianos astu circumventos exarmasset, quod Pertinacem deseruissent, & occidissent: & qui inter eos equites, juberentur deserere equos: fuit unus, cuius equus retineri, aut sisti non potuit, & quamvis ille repelleret, identidem tamen sequens & adhinniens, dominum ita movit, ut gladio educto illum seque interficeret. Addit Dio: Equus ille spectantibus visus est libens lætusque cum domino mori.

HOMERUS ILIAD #!

Homerus super omnes mystas naturæ arcana perdoctus, facit Xanthum Achillis equum instantem ei mortem præfari.

EX AMMIANO.

Cæsar's equos, quos ad Rubiconem fluvium liberos dimiserat, & sacraverat, insidijs in eum paratis & mox patratis, per aliquot ante & post dies pertinacissimè pabulo abstinuisse, & ubertim flesse, compertum est.

FINIS.

PHILIP-

PHILIPPICORUM

Liber Primus,

seu

DE NATURA, ELECTIONE, EDUCATIONE,

ET DISCIPLINA

Equorum.

Caput I.

De Equorum Indole.



Edicorum dictatori Galeno placuit, Animi mores, corporis temperamentum.

temperamentum sequi. Itaque natum indolemque equorum considerant, initio constet, calidos esse eos & humidos; at vix ultra eucrasiam seu temperamenti aequalitatem. Caloris quidem argumenta sunt: generositas, agilitas, fortitudo & velocitas. Humiditatis: luculentum & facile incrementum: quodque eorum fere morbi, ab humore superfluo scaturiant. Sed eucrasiae vicinitatem, mansuetudo, docilis, obsequium, fides, memoria, vivacitas coargunt. Ac hae quidem mortalium usibus optatissimae dotes, alias alios ad equorum amorem atque studium excitarunt: adeo ut qui

his praestarent; mirè gratiosi, & in honore,
ac delitiis habiti sint. Quin imò, quicun-
que aliquid olim ad eorum crepundia commen-
tus esset: eos omnes aeternitati consecran-
dos, pia judicavit antiquitas. In quorum nu-
mero, quod mireris, nemo cui nomen caetero-
quin ignobile, aut frigidus praecordia san-
guis occupavit.

Ω ες α ε τ

Nobiles
equorum
cultores.

εμοιον

μαλον αγγελον οεδον αγγελον nempe qui matrem amoris similitudinem finxit. Itaque (uti accepimus) nobilis ille vite humanae typus Bellerophon, equo primus vehi docuit. Strata postmodum, fraenosque, excogitavit, & injecit Lapytha Pelethonius. Usu calcarium, & prima equestri pugna, inclyti armis celebrantur Hippocentauri Thessali, Castor; quod bigas; Erichthonius, quod quadrigas junxerit.

Inter equorum virtutes, emicat maximè fides eorum erga dominos, quae scriptorum monumentis, exinde pro merito inclaruit. Bucephalum, ferunt, Thebarum oppugnatione saucium, modis omnibus obstitisse, ne in alium Alexander transcenderet, ac bello Indico crebris vulneribus confossum, jam moribundum prope & exanguem, vivacissimo cursu è mediis regem hostibus avexisse, extra teli jactum: ubi velut cum sensus humani solatio, de superstite

- Poet. "jam securus, concidit, & expiravit. Vidimus nos, inquit
lib. 5. cap. 9, "Scaliger, inter animi fideique miracula; unum è com-
"militonibus avectum incolumem, equo ita saucio; ut
"etiam intestina per humum traheret. neque prius conci-
"dendi tempus esse ratus est; quam sessor deseenderet, at-
"que in socii terga subsiliret. Et alibi: vidimus nos
Comment. 2. "sessorem equitem evexisse è praelio, flumen vadasse,
de equo "cui plurimum intestinorum, è vulnere delapsum humo
Hispano.

traheretur. Viderunt etiam Scythaes, occisum suum
 Regulum exprovocatione dimicantem, fortitudine,
 & animosa equi fide vindicatum: victoremque poliis
 inhiantem, ictibus morsuque confectum. Nec equus
 Antiochi regis caesi, ab ovante Centaureto conscen-
 sus, his quidquam cessit. quippe spretis mox, ac,
 ut regi non posset, indignatione superatis habenis,
 praeceps in abrupta desiliens, una cum sessore hos-
 te examinatus est. Quid, quod equus Nicomedis, illo
 imperfecto, voluntaria fame sibi mortem conscivit?

De lachrymis nihil addam, quas in dominorum exe-
 quiis crebro visas, commemorant: cum eas naturae,

Cardanus, aut morbo tribuat. In domo, ait ille,

De varie-
 tate ve-
 rum lib. 14 cap. 75. asturco meus Scotus

"flevit saepius ubertim: nec causam cognoscere pos-
 "sum, lachrymae excidebant palam. Hoc autem estate
 "maxime accidit: nihil enim sinistri mihi contigit.
 "Constat naturam esse equorum, aut morbum.

Docilitas
 equorum. De admiranda docilitate, obsequio, & memoria me-
 moriae proditum est: universum Sybaritarum equita-

tum, non inconcinna saltatione, ad Symphoniae can-
 tum moveri solitum. Quod narrat Scaliger penè fi-

Exercit. dem exsuperat. Equum

209

"inquit ille, pusillū deformem circumducebat agyr-
 "ta quidam, cuius jussu, atque etiam solo interdum

*Equorum
 lachrymae.*

"nutu, ille omnia faceret; ambulare, succussim pro-
 "perare, currere, saltare, vel quadrupes vel bipes.
 "Virum bibere vidimus, in clunibus sedentium anterio-
 "res pedes ad pateram ferre. Pelvum, sive malluvium
 "cruribus sustinere; quasi à consore lavaretur:qua-
 "lem pictum videmus asinum cucullatum. Humo sese
 "sternere. Projectum atque etiam porrectum jacere.
 "Ciliorum compressione annuere. Caput ad heri nutum
 "attollere: in terga vertere. Supinus ostendere, quo
 "corporis situ mulier ineuntem admittat virum. Postre-
 "mò nullum canem unquam vidimus doctiorem aut docili-
 "orem. Nisi unus excipiatur, qui super anterioribus
 "pedibus erectus, ac bipes ambulans, elatis clunibus,
 "illustrißimae hominum coronae miraculo fuit. Porrò
 "idem Scaliger, sed alibi. Plagarum alii memores,
 "praesertim Belgae: è quorum multis unum vidimus mag-

Comment. 3 "na significatione, adeuntem herum aversari, appropin-
 quiquewr.
 "quantem calcibus dentibusque incessere, nec nisi
 "tectum concendi pati: famuli tractationem sessio-
 "nemq; équo animo

" ferre. Unum & nos horum habuimus; qui memor
 "aestus & plagarum pridianarum; cubanti mihi sequenti
 "nocte sub dio, mordicus humerum arripuit, thoracis be-
 "neficio servatum, Hactenus Scaliger. Ergo dentibus

ensem, aut tela humi collecta equiti porrigere, aut genua ascensuro flectere, aliaque talia, quae passim adhuc docentur, inenarrabilis ingenii quidem fidem faciunt: tamen constat ex narratis, quantum Generosi- insuper hodie, institutionis & disciplinae neglectu- tas equorum. desideremus. Catalogum non attexam, quod investi- ganti cuilibet facile apud auctores: sed de genero- sitate illud addam solummodo, eam non tantum in laudatis equis ex omni corporis gestu conspici: sed imprimis, quod ituri ad praelium, videantur satis apertum sibi gloriae campum, ex clangore tubarum intelligere:hilaritatemque & pugnae desiderium sig- nis variis evidenter prodere. Quin immo roboris ac fortitudinis suae fiducia animosae, victoriaeque, & gloriae avidos, praelia inire: qua parta, manifes- tè exhilarantur, & exultant: amissa dolent. immo quoties freni crepitum, strata, & caetera, ut fron- tis & pectoris ornamenta vident: fremunt, exultant, unguilarum supplosione obstrepunt, & ex eorum con- spectu, afflatu quasi furoris ad iter accenduntur: voce equisonis excitantur, aures erigunt, & naribus inflatis celerem festinationem anhelant, quodam in- credibili cursus studio ad currendi memoriam re- deuntes.

Inter equorum peculiaria numeratur, quod asples
 nes, & exinde animalium cicurum sint pernicissi-
 Plinius, Ae-
 lianus, & mi. Esta autem mirabile, si non fabulosum, quod vul-
 alii,
 go tradunt; parientes equas, pullorum splenes, cum
 secundinis ejicere. Et fronti Hippomanes amoris
 innasci beneficium, caricae magnitudine, colore ni-
 Equorum
 peculiaria. gro: quod statim edito partu devorat faeta: aut si
 quis praereptum habeat, ad ubera non admittit. Bile,
 alii eos carere, alii ⁱⁿ alvo eam esse autumant. Cer-
 tè huic generi peculiaris est ungula, omnium armen-
 torum durissima; contra viae omnes injurias obfir-
 mata: excipiendis soleis, clavisque ferreis apta:
 quaeque ad gerehdum, trahendum, currendum, saltan-
 dum, pugnandum (prout homini est ex usu, cui prae cae-
 teris animalibus natus videtur) omnino etiam neces-
 saria est. Caeterum cur difficultius & periculosius
 ascendant equi, quam descendant, contra quam homines,
 ratio plana est. Siquidem poplites, non admodum
 flexiles nacti, ascendendo admodum defatigantur;
 lassique labuntur facilius, & lapsi, majore cum im-
 petu ruunt, desendentes, quatuor crurum adminiculo,
 felicius quam homines, corporis ponderi natura ver-
 Equorum genti ad imum obnituntur. Sunt denique veces quinque
 voces qui-
 nae di-
 stinctae.
 equorum distinctae, totidem affectuum signa: Laetitiae,
 desiderii, irae, timoris & doloris. Laetitiae quidem

seu alacritatis vox est, Hinnitus non multum longus, sub finem elatior, cum innoxia calcitratione.

Desiderii, qua equam aut socium inclamat, Hinnitus longus, in fine remissus, citra calcitrationem.

Quod si advertissent olim Persarum Satrapae, inter quos haud dubiè, de alacritatis Hinnitut convenerat, Dario Hystapsi, Monarchiam Persarum, illo consensu non obtulissent. Irae, brevissimus hinnitus est, cum dimissis auribus, & calcitratione, si generositas accedat. Timoris vox rauca est, quasi per nares emissa, cum auribus ad anteriora arrectis, & calcitratione, modo non sint degeneres. Nulla doloris vox est: nisi quod in magno, submisso ingemiscant. Decubitus illis rarus; insolentior somnus. Ferme iidem cum homine morbi: quem an à peste, suo anhelitu praeservent, tametsi classicis authoribus nitatur, non libet asserere.

C A P U T II.

De equorum Electione.

INDO L I S equorum praestantia, ex multifariis indicantur ^{Indicantur} indiciis vulgo colligitur. Rejectis minutioribus, equi ex coloribus. illa solum exhibebimus; quae usu, aut ratione, aut utroque apud equorum peritos praevalent. Initium

facturi à coloribus; de quibus in universum hoc
 tenendum quod syncerus omnis improbus est. Albus
 enim pituitae soboles, imbelles, timidos, molles
 facit. Niger, à succo melancholio, torpidos, viles,
 contumaces exhibet. Fuscorum non absimilis ratio:
 nisi ex praedominante bile, rubicunda ilia adustio-
 nis notas praebeant: & erunt tales robusti, furi-
 bundi, industrii, fraudulenti, male morati. Sed ru-
 beisplendidi, vi flave bilis, iracundi, leves, fer-
 vidi, tumultuosi, laborum impatientes. Probantur
 mixti, è variis confusi & temperati colores. quorum
 omnium haudatissimus, qui castaneę corticem aemu-
 latur, spadiceus. Optimus quoque albus, fuscis pre-
 Judicium ex grandibus maculis undiq; aspersus. Quin immo maculo-
 maculis. si in universum, distincti maxime maculis zonisve
 nigris, per crura, dorsum aut collum, nobilissimi
 judicantur. Horum iterum sunt praestantiores, in
 quibus natura meliorem ordinem numeri, paritatis,
 loci, ac rectitudinis servavit. Sequuntur quibus
 macule, zonaevae rubrae sunt, aut rubiginosae, Sed
 & in toto corpore albae, exiguae macule; aurium, cau-
 de, pedum color niger; cana & crispa coma: haec
 inquam omnia generositatis indicia sunt. Interea
 exiguae in iliis scapulisque maculae, triplici fere

de causâ imbecillitatis note perhibentur. Sunt enim hae, nuper natis equis à crabronibus inflictae: qui cum per aetatem ilia nec scapulas morsu possent attingere, crabronum violentię patuerunt indies multi. Hinc illas maculas adulti, olim saucie cutis characteres, circumferunt. Tenerrimā si quidem illā aestate, ex continuā & irrequietā importunitate mordicantium, non parum de naturali vigore ac necessario incremento intercidit. Cesantibus cum aestate, crabronum ictibus; herbas viribus & copiā imminutae, lactentibus paucum lac, pravumque suggesserunt. Denique succendentis hymnis incommoda, ob contractam ex superioribus malis imbecillitatem, non sine immodicā virium jacturā, sustinuerunt.

Indicium
ex macu-
lis fron-
tis, & pe-
dum albi-
cantibus.

Restat, ut de albedinis notis agamus, quae in fronte & pedibus conspiciuntur. quatenus ex iis, de indolis praestantiā fit judicium, Plurimi illas religiosè admodum observant: sed nos hic tēdi, ex prolixā curiositate, & utilitatis: simul rationem habebimus. Ergo,

I. In hac classe familiam dicit, cui stellula in fronte cum linea aut zonā, quae nec os attingit, nec supercilia; & cui quatuor

pedes sunt candidi.

2. Sequitur, cui stellula talis & zona, cum pedum posteriorum candore.
3. Cui stella illa tantum, & zona.
4. Cui stella, & quatuor candidi pedes.
5. Cui stella, & aut unus, aut nullus, aut plures, nec omnes tamen candidi pedes.
6. Cui pedes solum carent posteriores.
7. Cui pes posterior sinister.
8. Cui posteriores, cum anteriore sinistro.
9. Cui posteriores cum anteriore dextro.
10. Cui omnes quatuor.
11. Cui solus pes dexter anterior.
12. Cui sinister pes anterior.
13. Cui pes dexter posterior.
14. Cui anteriores, cum sinistro posteriore.
15. Cui anteriores cum dextro posteriore.
16. Cui anteriores soli.
17. Cui ambo sinistri.
18. Cui ambo dextri.
19. Cui dexter anterior, sinister posterior.
20. Cui sinister anterior, dexter posterior.

Haec & alia, cum eorum causis, fusius prosequitur
Cardanus lib.7. de varietate, cap.33. Nos ad

Iudicium cetera transeamus. Quumque naturaliter in equis ex circulis, for- sunt loca, quae circulis quibusdam parvis, è pilis ma umbi- in umbilici formam contortis, rotantur: in me- licali, setosis. tatis scilicet frontis, colli, pectoris; in um- bilico, & iliis. Si qui forte aliis insuper in lo- cis umbilici tales luxurient; ubi ab equo conspi- ci non possunt; nihil de generositate dubitandum. Estque adeo validum hoc argumentum; ut alia quae- libet ab infelici candore suspecta infortunia, si- ne ulla haesitatione, protinus discutiat. Imprimis si praelongis quibusdam pilis, umbilici illi, velu- Aliud & di- ti setis obsideantur. Quod à multis malorum omni- versum de coloribus judecium. um, /juxta ac torporis est causa: sic è diverso,

Fpræsentaneum illa seta ceorum pilorum contortio, que à siccita- alexia con- te & calore est, agilitatem & fortitudinem polli- habeatur. Nec tatio deest. cum enim im- cetur. Non tam evidenter (mea quidem sententia) modicus humor in equis, mor- in iudicio, quod desumitur à coloribus, omnis can- colorum pen- doris praeposteri calamitas, ab exigua in parte omnia, pedis posterioris candidâ macula, corrigitur. nec à majore quidem, aliis rubris, sed potius nigris, interpuncta. quamquam id suos & quidem magnos au- thores habeat. Interim non desunt alii, qui nihil ferme coloribus tribuunt; nisi quod damnent quoslibet in suo genere obscuros; quos raro esse absque

lippitudine affirmant; hac inducti, ut arbitror, ratione, quod sicuti splendor eucrasiam & bonam arguit concoctionem, sic obscuritatem cruditatis esse sobolem, unde & cerebri superfluus humor; à quo defluxio; quae ad oculos tandem delata lippitudinem inducit. Denique & notatu dignum hoc axioma defenditur. Improbi coloris equos; aut eximie bonos, aut eximie malos esse.

C A P U T III.

De equi Laudabilis & Vitiosi schematismo:
& quomodo explorari debeant.

CO M M E N D A N T equum caput mediocriter par Qualis forma maxime equum de- ceat. **C**aput mediocriter par-
vum, decorum, erēctum.

Vivaces, magni, micantes, nigri, non concavi, nec vitiosi aut morbidi oculi: qui acutius quidem cernunt albi, sed à nive nimium offenduntur.

Breves, rectae, & acuminatae auriculae.

Os, naresque ampliae, turgidae, sed leves equos, maxillae graciles, & os modicum decet.

Collum breve, amplum: vel longum, & juxta caput obgracilescens: longa, sublimi, arcuata cervice; & capite supra pectus sub jugulum adducto.

Pars anterior paulò sublimior: quamquam posterior pars, paulò altior (non multum, hoc enim nihil

periculosius ad casum) idque ad modum cervi, per-
nicitatem sperare jubeat.

Pectus amplum; nec concavum, nec acuminatum.

Gibbus dorsi elatus.

Ipsum dorsum breve, planum, rigens, nihil aut pa-
rum admodum sinuatum, nec ullis faedatum vestigiis
cicatricum.

Lumbi pleni.

Pectoris crates seu costae, ut bobus, crassae &
robustae.

Hypochondria, ilia, atque adeo universa ventris
moles, rotunda, contracta, non spatiose, nec pen-
dula.

Coxae plus justo, nec suspensae, nec demissae;
sed mediocriter extensae.

Crura aut recta, aut parum inflexa retrorsum, ut
cervis. valgi & vari in vicio sunt.

Bene colligatae, robustae & contractae junctura-
rum compagines.

Lati pedes.

Ungulae non variegatae, quae sunt fragiles: sed
aut nigrae, aut albae, rotundae, crassae, latae,
siccae, durae.

Pedum posteriora villosa.

Cauda, veluti & juba, pulchra, luculenta, diffusa.

Caetera mediocria, decora.

Denique laudabilis equus, nec strigosus est, nec obesus: sed vinculis, lacertis, & ossibus firmus: nulla mutilus parte, aut morbosus, membrisq; omnibus in longitudine latitudine & crassitie, secundum totius proportionem moderatus.

Pro colophone addatur locus ex 3. Georg. Virgilii

Continuo pecoris generosi pullus in arvis,

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

Primus & ire viam & fluvios tentare minaces

Audet; & agnoto sese committere ponti.

Nec vanos horret strepitus. illi ardua cervix,

caput, cervis alvus, olesaque terga:

~~Argutumque toris animosum pectus: honesti~~

~~Luxuriatque toris animosum pectus: honesti~~

Spadices, glaucique: color deterrimus albis

Et gilvo: tum si qua somum procul arma dedere,

Stare loco nescit.

Et Cassiod.lib.4.Variar.cap.I.Laudantur, quorum

pectora vel crura spheras carneis decorè ornantur:

coste in quandam latitudinem porriguntur; alvus in

brevitate constringitur: caput cervinam reddit effigiem: imitantes velocitatem, cuius videntur ha-

bere similitudinem.

Interim alia celeritatis, alia roboris sunt in-

dicia. Qui in pectore juxta crura, imò qui & juxta

caeteros artus pilosus est; coxis, cruribusque lon-
 Quae ce- gis & quasi cervinis; altior paulo posteriore sui
 lerita- tem, quae
 robur ¹⁰⁰ parte, ventre subducto, longè est pernicissimus.
 promit- tant. Sed qui cruribus & crurum commissuris est crassis,
 compactis, tibiisque brevioribus, robur promittit.

Aetas ut Et quoniam veterinorum genus, à quarto ad deci-
 colliga- mum viget annum; aetatem equi è dentibus maxime
 tur. examinabis. Siquidem sunt illi dentes numero qua-

draginta, horum tricesimo mense, amittit priores
 Plin. lib. utrumque binos: sequenti anno totidem proximos,
 11. cap. 37. cum subeunt dicti columellares:

Quinto anno incipiente binos amittit: qui sexto
 renascuntur. Septimo omnes habet & renatos & immu-
 tabiles. Praeterea anno quinto aequantur dentes,
 primo commutati. Sexto, qui mutati sunt quarto.

Septimo aequantur & complentur omnes: nec postea
 distinctè cognoscitur aetas: nisi quod peritissi-
 mis annus insuper noscatur octavus. Sed equo prius
 castrato, non decidunt dentes. Senectus equorum

Senectu- intelligitur dentium brochitate: quod prolixius
 tis indi- excrescant; aut excidant: superciliorum canitie,
 cia.

& circa ea lacunis; cum ferè sexdecim annorum
 existimantur. Absumpta aetatis observatione: gut-
 tur comprime, si fert molestè anhelosus est. Cau-

dam trahe; si cedit, imbecillis. Comprime singulos artus & eorum juncturas, praesertim juxta pedes, Equi ut exploran- & paullulum distorque: si dolent; haud dubie in- di.

veterato malo laborant. Ascende, si fugiat sesso- rem, si dorsum sinuetur, aut ponderi cedat, pessi- mi indicii est. Ex circumversione ad utrumque la- tus, versatilitatem explora; ex incessu, gressus elegantiam, celeritatem, & modum. Ex cursu, quan- tum fraeno, quantum calcaribus tribuant, & habenis: quam sit levis, agilis, velox, innoxius, facilis aut difficilis respirationis. Ex saltu, quam agi- lis & robusti dorsi. Ex sudore, quam sanus: nam vix sudare à laboribus, optimae valetudinis esse creditur. Si intructus habenis, freno & ephippiis, spumantia mandat frena, humum pede pulset, aures arrigat, alacer est & animosus. Deductus ad aquas, si ultro se in eas jactet, pessime moratus: si pae- ter os totas nares bibendo mergat, praesertim las- sus, pectore & anhelitu sanus est. Oblatum pabulum si celeriter comedat & alacriter, nihil respuens temere, vigoris: sin segniter, inertiae indicium est. Vim scire, calcitrosus sit, aut mordax? ubi comedit avenam, correcta. Hac absumpta, si recubat, segnis est, & degener: cum nisi post multam defati-

gationem, decumbat alacer & generosus. Iuxta rotas circumactas denique deducito: accedet aegrè pavidius: detrectabit omnino accèdere pertinax.

Caeterum sequentia quaedam morborum tum signa, tum
 Morborum signa prognoses. diligenter observato: Caput & oculi tu-
 quaedam & prognos- midi: cervix flaccida dimissa: pendulae auriculae,
 ses, frigidae nares, rheumatis frigidis, & conclamatę
 ferme salutis praesagia sunt. Auriculae magnae,
 pendulae: concavi oculi, debilitatem & segnitiem
 coarguunt. Oculi à nativitate concavi, obscuri;
 continuo avenae pastu brevi excaecantur. Cui in
 cerebro panus, aut apostema, ac jugiter è naribus
 pinguis quidam & frigidus defluit humor, propè in-
 sanabilis est. Cui strumae circa cervicem, subito-
 que corpore|toto conturbatur, sudat, contremiscit,
 incurabilis est. Sed & morbi quilibet difficiles
 in amnōsis raro curantur. Pede anteriore claudi-
 cans, nec eum, nisi praetentata ungulae suae ex-
 tremitate, progrediendo in terram deponens, illi
 aut ungula, aut pes dolet. Anterior claudicans,
 ungulasque intrepide infigens solo, cruraque &
 pedes libere inflectens; isto, aut non longè ab eo
 laborat loco, quem contectari maxime, aut premi
 refugit.

Qui anterius in conversione claudicat, ex scapulis: qui posterius, ex coxendice dolet. Qui pede quolibet, nullo in iis apparente vitio, claudicat, huic in humeris, coxendice, aut lumbis malum delitescit. Descendens brevibus & arctatis passibus anterioribus, laborat ex pectore. Reliqua in morborum curatione, quantum quidem ex usu videbitur, annotabimus.

C A P U T IV.

De & quorum faeturâ; & iis, quae circa eam observatu necessaria, aut scitu digna sunt.

Simile a simili.

Tri tum est, à simili simile produci, & mali corvi esse malum ovum, aut ut alias loqui maluit: ex squillis nunquam nasci rosam. Neq; ex malo patre bonum filium. Evidem res omnes per generationem productae, à congenita indole & corporis habitudine bona malave; aut ab adscitis postmodum probis improbis moribus suspiciuntur & sordent. Imdoles & corporis habitudo, ut ut illae sint, parentibus haud dubie in solidum ferme acceptae ferebantur. Quemadmodum mores educationi plurimum debent. Sed de generatione nunc hic agimus. Itaque Hipponomis, qui educandis pullis insumunt

operam; sint ad missarii, sint equae ,lectissimae
indolis & exquisitissimae formae: aetatis ratione
minime neglecta, quae non ubivis terrarum coinci-
dat. In Poloniâ siquidem, Barbaria, Calabria, ad
Egitorum annos ferme quinquaginta producitur. In Hispania,
etas.

Gallia, Anglia, Germania, Suecia & plurimis in lo-
cis vigesimum quintum vix excedit. Interim accu-
ratum vitae regimen multum ubique ad longaevitatem
facit. Equi cujusdam ad septuagesimum annum viva-
citas à scriptoribus annotata est. Coeptum urgea-

Qui ad ge-
neratio-
nes ap-
tiores, aut inep-
tiores. mus. Primum quinquennium, quod incremento natura-
nem destinauit generationi subtrahatur, ut imutile &
noxium. Ipsi enim nondum validi, robustos non pro-
creant, per legem fixam, qua prohibentur res om-
nes, idaliis impartiri, quod ipsae non habent.

Quinquennio minores, procreant quidem praeclaros
formâ & externâ specie; sed elumbes interim, marci-
dos, impatientes laboris; & nihil minus, quam quod
extrinsecus apparent. Quod reliquum à quinquen-
nio est aetatis, ad decrepitam usque senectutem
Aristotelis, Plinii ac omnium penè consensus, pro-
creationi idoneum perhibet. Quinimo antiqui à Cir-
co, post vicesimum modo annum, ad sobolem reparan-
dam dimittere mares consueverunt. Horum nobilis

quidam emissarius, celebratur ad annum usque quadragesimum durasse: duntaxat in attollendâ priore corporis parte adjutus. Generare autem usque senectam posse; uti & ante aetatem plenâ adultam, quis neget? quam bene, quo fructu, nec id quidem operosa demonstratione indiget. Quippe ad finem suum vergente aetate; inclinantibus & collabentibus tandem animi atque corporis viribus: non una hebescere vim seminis & vigorem, insulsum nimis & excors erat ambigere. Quis enim sanae mentis adducetur unquam ut credat, adolescentiam juventuti proximam, seu primos pubertatis annos, in Veneris operibus recocco seni concedere? Certe verisimiliter admodum Aelianus: equos aetate affec-
tos cum caeteris in rebus pullos debiles; tum pedibus infirmos procreare contendit. Itaque si plane secundum annos definiendum sit; sicuti modo ex peritiorum calculo, primum quinquennium incremento datum, generationi subduximus; non video cur non eodem jure subducamus quinquennium postremum. ne quas vires, utcunque servatas, senectus aegrè possidet, intempestiva prodigalitate, non inutiliter modo, sed etiam cum damno projiciat. Equae autem communiter à quinquennio, usque decennium con-

cipiendo aptissimae judicantur, quamquam, authore
 Plinio, annis omnibus gignant, ut longaevae, ad
 quadragesimum. Coeant ergo idonei, aetate & cae-
 teris dotibus praestantes, utriusque sexus equi:
 Quales &
 quomodo
 coire de-
 beant. Lautè primum & Largiter pasti: idque non nisi à
 modico labore. Nempe ex siccata genitaram improbus
 labor: quam iners otium superfluitatibus obruit, &
 extinguit. nec macies generantium magis, quam obe-
 sitas in vizio est. Mediocritas, quae ubique, &
 hic laudabilis. Neque aliam ob causam faeni patu-
 lum graminei praefertur: quod frigidarum superflui-
 tatum copiâ scatet. Sed illud quoque imprimis ca-
 vendum; ne immodicâ salacitate, se admissarii ex-
 hauiant. quos indomiti Veneris stimuli plerumq;
 sic agunt, ut consumptionis malum non sentiant,
 aut negligant; atque ante perditum sese eant; quam
 libidinis faciant modum. Genitale semen omnibus
 vitae instrumentâ turgens, exhaustione labefactat
 corpus supra modum; excretionem moderatâ exonerat.
 Natura enim selectissimum alimenti superfluum, ad
 spermatica vasa relegans, spirituum istic stabu-
 lantium mixtione subigit; seminis imprimit formam,
 & generationi accommodat. Huius modica quantitas ve-
 getat corpus; superflua, multa permitie affigit.

Olim actionem oderat Democritus, qua homo ex homine exiliret, eodem jure dixeris, quā animal ex animali. Et recte quidem; si supra naturae convenientem evacuationem. Nec enim contemni debet seminis, quae excernitur paucitas: sed virtus quae potentia continet animal, merito suspicienda est. Ideo equisōes ponderatis emissariorum viribus, equas octo, aut decem singulis attribuunt.

Accidit autem saepè, ut non admittant equae, aut non concipient. Si quae non admittat; saepè ad eam coitum equae, ut ducatur & abducatur admissarius colludantque. Hoc habendae, ante, circa & post coitum, si frustra: vinculis ne calcitret cohita, semel atque iterum invita ineatur: haud dubie intra tres, ad summum sex dies concipiet. Nam venerem irritat tandem invitus coitus, ipse sterilis quidem, & fecunditatis tamen occasio. Manè initiae semel & vesperi prurientes equae, arceantur ab emissario & gravi labore, dies plus minus decem; ne semen conceptum corrumpatur, excutiatur, aut dissipetur. Postea cum emissario per novem rursum dies semel quotidie colludat; si non admittit, certo indicio concepit. Tum ne amplius ineatur invita, ne in abortum, aut alia gravissima symptomata, periculososve morbos incidat. Quae post decimum diem denuo in ve-

nerem prurit: ineatur deintegro, iisdem legibus, ut
 De impræg-
 nandis prius. Hactenus quidem de stabulantibus equis. pas-
 equis, quae
 in passus centum in pratis promiscue, dissimilis est ratio.
 errant.

Hae enim faetae, nullo negotio mares abarcen; praæ-
 ter admodum violentos, quos è pascuis abduci fas
 est. Quod si ipsa obstat salacitas, quo minus com-
 mode ineantur, aut concipient: nec secta juvat ve-
 na malleoli; triduanâ inedia expugnentur, praeser-
 Quod si
 salacitas tim obesae; alias labora plurimo delassatae, bis
 iniiri
 prohibet: terve sistantur ineundae: quod extremum & peritis-
 simis agasonibus multa experientia comprobatum re-
 medium est. Ex adverso Sarmatae, ob assiduum labo-
 rem pigrioribus in coitu, cum vino austero satyri-
 on exhibit. Sunt quoque qui semen ocymi tritum,
 admissuræ tempore ad venerem stimulandam, ingerunt
 in potu. Et quod mirabile videatur, pastores (tes-
 Quod si
 frigiditatem Euripede) hymenos ad tibiam cantantes, ad
 tas.
 venerem equas incitant: atque equos ad ineundas fa-
 minas incendunt. Addit AElianuS, equas cantus sua-
 vitate permulsas, mox gravidas fieri; pullosque
 pulchritudine formæ eximios parere. Sed partium
 naturalium internarum languor, quae est à pastus
 inopia, ut pleniore pabulo corrigitur, sic exter-
 narum frigiditas, affricatis urticis coitus tem-

pore, aut squilla: aut repletis multo sale & nitro manibus, aut pipere & melle mixtis; aut smyrnio & nitro. Ex quo sane affrictu, faeminas libidinosiores evadere, & mares sustinere affirmant.

Praeterea notandum, ut canes & sues sic & equos, Equis quae cīr-initum matutinum appeteret faeminas post meridiem ca coitum pecu-blandiri. Et has post tertium annum, aut post unum liaria.

ab enixu, utiliter admittā. Has à coitu, solas animalium currere ex adverso Aquilonum, Austrorumve, prout marem aut faeminam concepere. Solasque cum suisbus quadrupedum pregnantes non arcere venerem, quā p̄ae caeteris incenduntur. Illud convitic locum

Quid e- dedit; quo libidinosiores mulieres, equae improporan-
quarum
juba tou tur. Porrò Sophocles, eumque sequuti Aristoteles,
sa effi-
ciat. Plinius, AElianuſ & alii equarum furorem Venereum
sedari facile, juba cervicis detonsa pollicentur.

sic enim veluti pudore ductas, furorem motumque libidinis, & concitationem nimiam, p̄ae verecundia remittere. Ea propter qui sibi mulos gigni exoptant; equae jub̄a temere & fine artificio detonsa, asinum admittunt. quae mariti ignobilitatem, cuius pudebat anteā, & contra quem resistebat, tum facillime patitur. Multum quoque refert, quo anni tempore equi coēant. AEstatem aestus: graminis languor autumnum:

Quo anni eius inopia, & frigus, hyemem importunam facit.
 tempore
 iniri de- Cumque lactentibus equis summè sit necessarium gra-
 beant.
 men, quod humiditate sua & succi ubertate copiosis-
 simè alit, & pullos reddit succulentos; nullam anni
 tempus conceptui, aut partui equorum verno oppor-
 Quandiu
 gestent. tunius est. Et conceptui quidem, quod praecellant
 tunc generantium vires; semen sit uberrimum, & op-
 tumum. Partui, ob rationes jam indicatas. Illo au-
 tem anni tempore pariunt; quo conceperunt. Nam un-
 denis mensibus ferunt partum, duodecimo(raro seri-
 us) pariunt. Longius gestati, nobiliores judican-
 tur. Interim solent equae, gestatione prima, reli-
 Mense Au-
 gusti na-
 ti quare
 optimi, &
 quomodo
 noscantur.
 quas duabus ferme septimanis antevertere. Denique
 qui Augusto mense feliciter nascuntur, robore cae-
 teros & valore superant. Ratio in promptu est,
 quod qui intra & extra uterum summos aestus te-
 nelli nullo superarunt incommodo, non vulgarem in-
 dolem promittant. Horum maxime expetita nativitas,
 duobus ex signis investigari potest. Quod vel us-
 que ad decimum quintum annum, modo non excidant
 dentes, sexenni dentitionem prä se ferant. Quod-
 que in collo, sub juba, uno aut pluribus locis,
 pili in umbilici formam rotati coëant.

C A P U T V.

Quid à conceptu, adusque partus
labores advertendum.

Quomodo **M**acies gravidarum, atque alimenti penuria,
praegnantes prae faetum consumit: quem nimia pinguedo, seu obesi-
servandae.

tas, uteri coarctatione deformat; aut naturalium
obstructione, exitu prohibet. Sed arceantur etiam
faetae ab immodico labore, frigore, pruina: à coi-
tu: ab arboribus glandiferis, & impuro arrosoque à
muriis pabulo; à tactu menstrui, ab extinctae lu-
cernae odore, ne abortiant: ut & à siliquis coc-
tis, ne supra modum excrescens faetus, ab utero
suo tempore exire nequeat. Nitido, luculento, &
editiore stabulentur loco; quib aestate copioso gra-
mine refrigeretur: hyeme à frigore praeservetur.

Mire autem contra autumni & brumae frigus, frumen-
ti modicum quotidie datum praevalet, roboratque.

Non longè à partu, ubi lacte intumuit uber, ex una
quodidie papilla, emulge lactis guttulam, usque
dum egreditur lac album, aequale, modice spissum.
tunc reliquas etiam emulge, in quibus si lac non
absimile; noli abscedere; priusquam pepererat; ne
editus forte equulus, secundinis intricatus suffo-

Quid pro-
pe par-
tum ob-
servan-
dum.

cetur: aut à matre partus dolore anxiâ, conciden-
te saepe & resiliente obteratur: aut ne foras de-
nique parturientis uterus forte trahatur, vel exci-
dat. Substrato, dum parturit equa, faeno aut gra-
mine; humo commode extipitur faetus: ac si partu-
riens stet altius parte corporis posteriore; plu-
rimum ad praecavendum matricis exitum proderit.
Quibusdam aliquandiu ante partum albescit lac: aliis
spongiis stillant papillae: sed haec rara sunt & po-
sterius quidem faetus aegritudinem indicat. Quemad-
modum quod anterius vergat uber, marem, quod poste-
rius, faeminam gestari, sagaciores praesagiunt.

C A P U T VI.

Quid ipso partus tempore agendum.

CAveat sedulo, equarum parturientium obser-
vator, ne omnino aut rarissime videatur ab his,
exaudiaturve: quoniam eo tempore, nec stando per-
durant; nec in hominum conspectu, facile procum-
bunt. Unde periculum non leve, ne subito tandem si-
bi, aut faetui, aut utriusque periculo lapsu cor-
ruant. Ubi apparent, equa jam procumbente, prodeun-
tia in lucem equuli crura, ruptaeque secundine,

Quod in
partu.PARENTES
ut juvan-
dae.

prehensa ne dimittantur. Nam surgente illa, aut immodestius se motente, relabuntur facile in uterum, magno cum mortis discrimine: quod integris tamen secundinis periculovacat. Integris secundinis prodeut

Ut juvandus in te faetu, illae disrumpantur: & crura prehendantur, lucem prodiens ut monuimus. Ejecto, priusquam surrexerit equa, mox faetus. umbilicus satis large praescindatur; ne abruptus pone ventrem, adstringi vinculo nequat; & lethalis sequatur haemorrhagia: aut, quod eo casu optatissimum grandis & incompositus umbilicus, qui caeteraque vitiosissimus habetur. Umbilicus apte rescissus, molli lino aut canabi constringendus est, atque obruens forte haemorrhagia, albumine ovi cohibendus, farinae siliginis misto, quod in stupa umbilico non arcte superligandum, ne aut inflammatio succedat; aut umbilici extuberantia. Supra equos asplenes esse notavimus, ex communi peritorum sententia: qui diligenter in partu monent advertendum, num lieb De matri- excernatur cum secundinis: eo enim retento, faetum bus as- torgis. certo interite. Post haec removeatur paululum equulus, dum leniter equa assurrexit: nec, diutius procumbendo, uterum emitatur: Sed pullum restitue mox ante pedes; ut cognoscere eum assuescat, & amare. Interea ne laedat, serio cave. Sunt enim,

quae pullos suos agnoscere initio recusant. sunt
 quae in custodum praesentia, quasi coram testibus
 prolem enixaerunt, ante se positum agnoscunt; sed ab-
 que arbitris enixos repellunt, mordent, calcitrant;
 nisi continuis novem aut decem diebus noctibusque
 custoditae, syncere iis tandem assuescant. Quapropter
 diligentissime observentur praegnantes novel-
 lae; de quarum affectu & moribus in pullos nondum
 liquet. Quaeque ultro non agnoscit faetum, adigatur
 vi, faetus uberi admoveatur: & tunc etiam calci-
 trans, injectis compedibus coeatur, ne artus te-
 nellois forte conterat. Si contra insignem ferociam,
 ne sic quidem proficias; nullum coactionis genus
 omittito; abunde pabulum, ne lac deficiat, sugge-
 rito: neque addubita, quin feliciter tandem omnia
 succedent quod si subrum alteri lactanti vis as-
 suescere, quod aliquando necesse est, eadem via
 procedendum.

Et haec quidem de duris & astorgis matribus dic-
 ta sunt. Alioquin equa, mater optima, summa cha-
 ritate & fide pullos suos complectitur. Quinetiam
 pulli, sic alieno lacte, matribus orbi, quemadmo-
 dum homines parentibus amissis, ali solent. Huius-
 modi amoris haudquaquam ignarus. Darius aetate

Equa ma-
ter opti-
ma.

inferior, quasdam a partu recentes equas, domi relictis earum pullis, ad pugnas ducebat. Qui inclinata jam acie in prelio quod ad Issum committebat, pressis Persarum rebus; & fuga salutem quaerens, equam concendit, quae relicti memoriam subrumi recordaretur. Haec quam maximo potuit studio & summa celeritate ipsum praedicatur periculis eripuisse.

Lumberum Praegnantibus quandoque ex nimia magnitudine fae-
debilitas debilitas, lumborum debilitas contrahitur: qua nec satis
a magnitudine faetus. consistunt, nec se valent circumvertere. Hae probè
tectae, à frigore praeserventur: & primis novem,
aut decem diebus, ab aëre ventoso, ac labore absti-
neant: cibo, potentia; potu calido actu fruantur.
Ante omnia, difficulter consistentes, ab inopinato
casu, velut à re pernitiosissima, custodi. In quibus
aliquid horum negligitur: elumbes; aut obrigidi, deir-
Retentae ceps vitam trahunt. Retentis secundinis calida in-
secundi- tegumenta; & in pabulo frumentaceo semen lini co-
ninae. mestum, prosunt. Iuvat urinae incontinentiam, quae
Urinae in-supervenit mox à partu; si foeniculi fuccus, aut
continen- minutim incisa ejus folia cum pabulo misceantur. Ac
tia, Lac in u- si coagulato lacte intumuerint ubera; foeniculi, &
beribus coagula- arthemisiae decocto, ex aqua pura, calide saepius
tum. Diaetaea- foveantur. Quae faetificarunt praesertim infirmae,
rum, quae
pepererunt.

bunâ pascantur, aut polentâ, aut simplici hordeo nonnihil testo, siliquis excoctis misto; à labore omni, molestiâ, & frigore tutae. Ubi convaluerunt, ad laeta pascua mittantur, cù subrumis; ne tenui victu lac deficiat. Quippe subrumi, alimento sufficiente destituti, nunquam posteà ad debitum robur, pulchritudinem, aut formam quantumvis pasti pervenient. Atque haec potissima est causa & forte unica, pusillitatis armentorum in Sueciâ: non caelum, non

Cur Sueco-solum. Vidaes in villis contiguis; nac à Sueco, illâ rum armenta pusilli- à Batavo cultâ; quasi diversissimae regionis pecora.

ra, & tamen eadem in viciniâ, eodem forsan patre, nonnunquam & matre progenita: sed parcè à Sueco, largiter à Batavo educata. Caeterum quae propiam curant cuticulam lactantes, pullosque negligunt, propagationi ineptae judicentur.

Equulus Puello recens nato, ante suctionem primam, oritur modo na- inditur utiliter butyrum recens; quod partes inter- curari debet. nas, comprimis intestina, illinit & abstergit. Alvo obstructa, inserta leniter ex adipe candelâ, muriae intincta, aut sale aspersa, subvenitur. In alvi fluxu, convenit pulicula, (per se, aut in alio sorbenda liquore) ex similagine melle optimo mistâ. Aut lac, in quo extinctus aliquoties ignitus silex. quae

quidem pro morbi necessitate, saepius repetenda sunt. Lutum album aut caeruleum, aquâ aut lacte dilutum, cibratumque per vim (si opus est,) infusum extremè necessitatis in lienteria remedium est. Denique multa pullis contrectatio nocet. Aestivo caelo; stabulum frigidiusculum & umbrosum; hyberno, modicè calidum salubre est.

C A P U T VII.

De equorum Educatione.

Equuli ubi & quandiu matres con-
matres de-
beant, **E**quuli subrumi matres suas, semestri fere spa-
tio comitentur. Et hyeme quidem soluti in sta-
vitari de-
bulo oberrant per fimum, nō nimis humidum; quo un-
gulae evadant tenaciores. Interea labori pedeten-
tim & leniter assuescant. Matres crebro comitentur
per loca montosa, aspera, & saxosa: qualibus in pa-
cuis etiam pabulentur; ut duritatem contrahant un-
gulae, ipsique audaciam ad tollenda, & defigenda
vestigia: contra quam illis evenit, qui in pratis
humidis pascuntur. Matres quo lactant semestri, à
gravi labore quolibet vacent, ne lac dispereat,
aut arescat: quod subrumis periculoso admodum &
quando & damnosum est. Post semestre separantur à matribus;
quare se-
parandi ab ut ab omnibus porro equabus; usquedum superarint
equabus.

Nam si euli infia
quinquennium
generantur infirmi:
sic infia
triennium

41

triennium genitores enervantur. Biennes domentur,
aut potius triennes: domare postea, perquam diffi-

Quando docile est. Quamquam Fridericus Caesar equas suas amandi & quomodo. te quadriennū domari vetabat: quo essent inpsae robustiores, & fortiores ederent. Nulla anni tempestas maio mense ad domandum accommodior: quā, praeter celi temperiem, optimā sunt habitudine & à recentibus herbis perpurgato ac firmissimo corpore. Calidis autem temporibus equiso, à vinculis abstineat, aut ligaturis: quoniam insuetae & moles tissimae captivitati generosiores praesertim summopere obnituntur: inde sanguinis effervescentia, furor, temerariae actiones multae; atque alia proinde non exigua mala. Sed capti capistro habili, validoq; ducantur aquatum, comite aliquo edomitum; idque saepius, & hac atque illāc, usque dum assueverint. In stabulo quoq; collocentur apud edomitum; quo facilius consuescant adiri: crebrius & leniter scalpi; blandiendoque submissa voce, palpari: femora, crura, pedes & alia membra demulceri: quā contrectatione assiduā cicurantur & mitescunt. Sed supra fidem cibo, pane, præsertim vino, & cerevisiā eos nobis conciliamus. Crebro etiam sublato calcaneo, quasi soleā indueretur, ungula pulsan-

da est, quin & frena suspendantur in equili; ut oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem; & è motu crepitus audire, cum jam ad manus accedere consueverunt, interdum imponatur his puer. Postea ducantur soli, ab aliis seorsim equis: dein & soli discant vectores rectâ viâ incedere, aquatum ire, freno acri tandem indito: & impositis postmodum ephippiis. Ante biénij aetatem, varias ob rationes, à labore excusentur. Nuper edomiti, valido & habili capistro induantur: ac pedes anteriores, idoneo claudantur cōpede. Castigantur subinde leniter praeferoces: nam animal admodum docile, incusso timore, mitigabitur. Quinque autem castigantur utiliter modis. Voce: virgā:freno: cruribus, maxime calcaribus armatis:& defatigatione. Sed fidem excedit; ut ab acerba increpatione extimescant.

Quod modis castigantur equi.

De cetero, repurgetur omni mane à fimo stabulum, stramine vesperi consternatur usque ad genua: mane repurgetur. Tum strigilli quoque membra perfricentur omnia, accurate extersis, mundatisque cruribus: quomodo mōbi quam plurimi praecaveri solent. Hinc mane perinde ac vesperi, placide ducantur aquatum: vix profundius, quam ad genua,

non usque ad genitalia. Et hoc quidem vel gelidissimis temporibus saluberrimum est: seu aqua marina, seu fluviatili abluantur: haec enim infrigidante vi, illa exsicante, humores, qui è toto decumbunt in crura & pedes varie eos affligunt, commode digerit, repellit, aspersae urinae abluit acrimoniam, calorem preternaturalem corrigit, & temperat. Iam ne à stabuli vaporibus, aut adhaerentis aquae algore, afficiantur pedes, in stabulum reducti, bene abstergeantur, exsiccenturque. Cancellatum illic promptuarium, unde faenum excerpunt, sublimius fabricetur, praesepe humilius: ut ex hac oppositione, servicem gnaviter & vivide agitare ad-

De equorum
pabulo & po- discant. Quod ad pabulum: nihil gramine avidius
tu tam in
equilli, quam expetitur ab equis: quo prae caetero omni pas-
in pratis.
tu augentur & pinguescunt. Ideoque novelli vere
novo mittantur ad pascua, non mollia, humida
aut caenosa; sed solida, dura; unde soliditas
ungularum, & incessus decor, imprimis dependet.
Et vere novo quidem, quod nunquam alias tam
feliciter nutriantur, quam clementi illâ celi
temperie, & herbarum ejus temporis praestantiâ.
At vero in stabulo, non compendiosius saginan-

tur, quam hordei aut fabarum farinā, cum excoctis
 siliquis subactā: & optimo faeno. Praestat tamen
 operariis avena; quibus esse praeponges, non
 expedit, quod obesi dissolvantur vehementi labo-
 re; ac sudoribus ubertim diffluant. Strigosi, ut
 aspectus inamaeni; ita ad labores magnos impares
 sunt. Thraces olim ad Strymona habitantes, foliis
 tribuli equos saginabant. De potu tenendum: tem-
 peratis frigidisque temporibus, saluberrimam es-
 se aquam subſalsam, parum limosam, quae crassiti-
 suā non nihil etiam alimentosa est. Frigidæ, tenu-
 es, clarae & insipidae, transeunt celeriter, om-
 ni facultate nutriendi destitutæ, quæ tamen
 haud minus calidis temporibus prosunt: quod vis-
 cerum calorem siccitatemque frigidā humidā suā
 qualitate commodissimè emendent.

Consuetudo
 aut servan-
 da, aut mu-
 tanda pau-
 latim.

Neque illud praetereundum: equos in consuetu-
 dine quā sunt educati, relinquendos: sed à malâ
 ducendos in meliorem, aut commodiorem; pedeten-
 tim ducendos. quod subitanea omnis mutatio, natu-
 rae inimica est: quā manifesto conſtristantur
 equi, & emarcescunt: tametsi ad meliora traduxe-
 ris. Interea difficultius à felici ad tenuem, que
 à misera ad lautiorem conditionem transitur.

lib.2.Apho-
rism.50.
& 51.

Quae appe-
tant aut
aversentur
equi.

In hanc sententiam olim ita Hippocrates: Quarum rerum inveteravit consuetudo, quamvis deteriores sunt ille:minus tamen insuetis male afficiunt. Paulò post. Quod fit sensim ac vicissim, periculi expers est: idque, cum alias, tum si quis ab uno ad aliud se convertat. Porro equorum edendi bi- bendique appetitus acuitur; si os ipsis ablauatur aquâ salsa aut vino salito, aut aceto acer- rimo. Sicuti in confesso habetur, pratis eos pascuis & palustribus locis, ventosisque delec- tari: tergiversari fossas; & à palis terrae in- fixis abhorrente: quod & Homerus alicubi notavit. Denique nemo inscendat equum, priusquam observa- verit, num sit calceatus, aut calceari possit: dederitque operam ne dorsum ab incommodis ehip- piis atteratur: ac posteà caveat, ne fervida aut gelida tempestate, nocturnisve frigoribus supra modum defatigetur. tum quodvis temporibus spiri- tus inopiâ, laborant; tum etiam quod copiosi su- dores difficulter admodum brumali, aut nocturno frigore desiccentur. Quamquam plurimum defatiga- ti quolibet omnino tempore, magna cura habendi sunt. Et quidem, ut ante pabulum, aut potum esta- te leviter; hyeme contegantur largiter: lentâque

Cura defa-
ticato-
rum.

manu usque ad refrigerium in loco à ventis libero deducantur. quoniam ex hâc defatigatione, imminuto admodum calore nativo, seu interno naturali, viscerum facultates vehementer languent: adeoque ut assumptum cibum potumve concoquere, non modo nequeant; sed à cruditatibus eorum facile etiam obruantur: Atvero, facillimo remedio, gravissima haec pericula praeveniuntur; si Plinio credimus. Is enim dentes luporum maximos, equis alligatos, infatigabilem cursum praestare, monumentis suis inseruit.

C A P U T VIII.

De equorum Institutione.

SUperiore capite, in domandi doctrinâ quaedam inservimus; quae cum non minus faciant ad institutionem, seu disciplinam: paulò hîc fusius explicanda veniunt. Scilicet initio tyroni equo, frenum leve commodumque ori inseratur, melle illata insti- manu ducatur huc atque illuc, manu ac vesperi in- tutia. ejus oreâ, quo libertius recipiatur. Hinc dies, quo ad ductorem suum ultro subsequitur. Tunc inscende, & obequita leniter, extra omnem tumultum, sine ephippiis aut calcaribus, hâc & illâc

identidem eum dirigend^e, stringendoque leni subinde virgâ. ac, si opus est, alius quoque à latere obambulans, manu ducat; tantisper, dum gradiatur sponte. quo cum deinceps equitabis per loca plana, quamdiu non gravate, absque ductore obsequitur. Post ubi commodum duxeris, impositis ephippiis concende & sine calcaribus leniter obequita, absque strepitu, aut tumultu. donec tandem morigerus evadat. Et hyeme praesertim, matutino tempore, dum ultiro cit^roque frequenter moderatur, cursus gradatim quoque intendi debet. Exinde equita saepissime per tuberosa, aspera, & inaequalia loca: quo altius attollat gradum, & minime cespitet. at cespitan^s interim, calcaribus monitus, evadet prudentior, postmodum per urbem frequenter etiam obequita: iis maxime locis, qui vario fabrorum strepitu personant. donec hisce assueti, à tumultu & fragore impavidi tandem iis quoque, incendantur, atque animentur. Dum expavescunt, blandimentis iterum atque iterum, per ea loca deducantur, plagis aut asperitate, minime adacti. ne ea sibi mala, à strepitu aut fragore inferri putent, ac in suâ formidine obfirmentur. Porro omni studio contend^e, ut excelsa arcuataque

Freni maximum momen-
tum.

cervice, caput ad pectus subducatur. Quibus reluc-
tatur Minerva, ad opera relegentur. Sed nihil ma-
jus in equorum disciplina habet momentum quam fre-
ni dexteritas commoditasque, quod singulis con-
venienter aptari debet. Sunt alii oris tam teneri,
tractabilesque; quibus obteritur à lupato, seu
gravi ac molesto freno mandibula: ut prefractè
imposterum omnes omnino frenos respuant, & admit-
tere pertinaciter repugnant. Alii contra oris
tam sunt duri, & refractarii: quod violenter ef-
fringi, & non nisi murice, lupato, aut postomi
moderari potest. Omnibus autem & singulis exarte,
usque temet accommoda. Ac quoniam equus in sinis-
tram facilius convertitur: dextra habenæ pars,
paule fiat contractior. Ubi frenum conveniens e-

Frenum con- quo nactus es, ne temere commuta. Nam frequens il-
veniens
non teme- la permutatio, os facile offendens, ac conterens,
re mutan- noxia magnopere, & molestissima est. Vicissim ap-
dum.
Cursus con- citatissi- tum & consuetum frenum, quod ipsi tandem sponte
mi mala. suâ expetunt, jucundissimum. Equo hunc in modum
instructo, modico subinde cursu veharis, via pla-
na, quo fiat pernicio: sed ab immodico, ut à re
damnosissima, cave: hoc enim, praeter varia in-
ternarum partium mala, pavidi evadunt, atque usum

habenarum amittunt. Præterea curandum, ut equi
jam eruditi, continuo exercitio in semel ascita
disciplina retineantur, ne otio, seu exercitii in-
termissione, inertiam atque oblivionem contrahant.
Denique priusquam operantur equuli, calceis non
egent. quinimo incalceatis largiter excrescunt un-
De soleis
equorum. gule, tenaces, firmae, elegantes: prepropere cal-
ceatis compressiores, minores, nec satis tenaces.
quae tamen iterum aliquatenus demptis calceis, &
pedibus in fimo equino positis, corriguntur. Atque
ubi calceari opus est: soleae ex convenienti fer-
ro leves, gravesque, pro ut usus exiget, aut ne-
cessitas, eâ aptentur laxitate, cavitateque par-
tis interioris; ut commodo subter crescat ungula;
nec suppressa, claudicationem inducat.

Frequentis-
sima & pes-
sima equo-
rum vitia, Lapsus, prostratio, erectio, contumacia; quae
ut corrian-
tur.

Casus, Volu-
tatio in
asequam.

Frequentia sunt equorum vitia, & tamen pessima:
summâ diligentia emendari debent. Saepe cadentes,
si naturae vitio, non sponte cadant, nullâ curâ
corriguntur. At qui sponte aquae se immergit, aut
volutat, non certius emendatur: quâm si jam im-
mersum, viri duo robusti tamdiu auribus arreptum,
sub aquis detineant, ut pene suffocetur; nec e-
nim dubium, quin illo se periculo atque anxietati,

Vari. posthac non facile iterum exponet. Vari, seu obtortis introrsum cruribus; si collidentibus posterioribus, vacillent aut corruant: femina utraque ex opposito, ad inguina, amburantur carenti ferro: dein quotidie solito more decurrant: sic dolore ex attritu partium ambustarum, obtorta

Erectio. crura omni conatu distorquebunt. Iam vero erectiō nem omnium periculosissimam, virgā corriges, antiora crura verberandō, dum se erigunt: nec ultum invenies praestantius remedium, quamquam alii, non sine fructu, caput fuste tundunt: aut detentis sub capite aculeis, descendere prohibent. Se

Se proster- prosternentes, voce, oculis, baculo deterrebis. nentes.

Contumaces. Contumaces, verberibus post aures, stimulo post Restitantes.

ephippia, & igne corriguntur. Qui restitant & progređi nolunt, in juventute, cum domantur, prætervehi semper obviantes debent, nihil morati. Sed qui prava consuetudine ac diuturnitate vitiūm contraxerunt; per sex ferme septimanas, in stabulo detenti, riteque pasti, perito equite, flagello & calcaribus peracutis instructo, in aliorum equorum comitatu, jugiter, ac decursorie propellantur: idque diebus aliquot continuis iterando: quo perpeti labore, ac decursu, pertinacia

expugnetur. Alioquin retroagantur etiam inviti, in aculeos, aut ignem: nec progrediantur, priusquam in extremum vitae discrimen pervenerint. Sunt qui ex filo carbaseo, chordam affabre factam, creberfimis nodis discriminatam, ori post molares dentes injiciunt; & utramq; extremitatem cum freno manu gestant; ubi restitat equus, extremitates contrahunt, ac dolore acerrimo progredi compellunt. Alii aculeis, alii re fervida, caudae suppositis, adigunt calcaria: singuli, pro imperio, ingeniosi. Castratio tamen efficacissime mansuefacit & perdomat.

Ludificia
ut addi-
cant.

Ludicra ad miraculum usque discunt, commodorum atque incommodorum memoria: nor alia ratione, quam cetera animalia, cum pulli sunt, fame domiti, & spe pabuli ut qui volunt, ensem ut tollant, ac porrigant; panem alligant ensi, aut foenum, aut melle illinunt, famelico obiciunt: qui pabulum conatus avellere, ensem simul elevat: magistri arrepto capulo, parabili pabulo remunerantur. Hinc contracta tandem consuetudine nudum ensem sponte mordicus arripiunt. De ludicris aliis, idem est *judicium*.

Denique sunt equis dentes, respectu rictus an-

De angula- gulares; quorum auxilio, sessoris imperium, pree-
riū denti- riū respuant. Erumpentes illi anno aetatis fer-
tione.

me quarto, ab utroque inferioris maxillae latere
bini, idoneo commodissime instrumento, effringan-
tur, vulneri bene extenso, post potum, sal affri-
cetur minutissime contritum: aut vino diluatur.

Caro vitiosa si adnascitur, unguibus avulsa, sale
tosto perfricta, inhibetur. Porro, duri oris equo,
ubi contrita hac dentium evulsione gingiva qua-
damtenus consolidata est; frenum injice, quale
refractariis solet. ut teneram recentemque, nec
satis obfirmatam carnem, atterat camus; refracta-
rioque obedientiam extorqueat. At vero tenerio-
ris equus, postridie & deinceps placide inequi-
tandus est, leviore habena: quo succrescat caro
densior, solidior & freno ferendo accommodior.



P H I L I P P I C O R U M

L I B E R S E C U N D U S,

S e u

De Morbidorum Equorum curatione.

C A P U T I.

De purgatione & alvi stipticitate.



N n u a purgatione, praesertim vernali,
equorum vitam non prolongari modo; sed &
inconsigniter vegetari, peritiores autmant.

Purgantur, si comedant betam: incisas pe-
pones: concisa aselli minoris, pisciumve fluviati-
lium interanea cum vino albo in gulam adacta. Aut
frumentum secalicum coque in aquâ pluviali, pene
usque dum crepat: hinc exsicca in sole; & cum avena
comedendum exhibe. Interea bene tecti in stabulo,
ac de caetero accurate custodiantur.

Ad alvi stipticatem ~~R~~ lactis vaccini libras II.
aut III. mellis selibram, succi cataputiae minoris
unciam, vel semina ejus contusa 50. misceantur in-
fundantur calide. Proderit & lini semen cum avenâ
comestum: ut & ea, quae de purgatione diximus.

C A P U T II.

De alvi fluxu.

Sæpe lienteria, aut alvi fluxu laborant equi, ex malâ pabuli digestione. Et fere postquam frumento largiter pasti mox nimio labore, aut cursu fatigantur. maxime si frigidam superbiberunt: aut uliginosis locis aliquandiu pabulati sunt. Adeo perniciosus mos est, quo nonnulli graviter eos exercent, à frumento; unde gravissimi insuper morbi, praeter alvi fluxum, accidere solent. Ideoque periti equis, semper à frumento gramen exhibit aut faenum quod concoctionem, digestionemque promovet: uti diutina experientia confirmant. Itaque cacans equus continuo liquida, permisto in ibi frumento indigeto, confestim mittatur ad pascua non uliginosa; à labore omni, & molestiore corporis motu, ad integrum usque sanitatem immunis. Quies siquidem, turbatos rumores componens, & viridium herbarem facilis digestionis alimentum, deperditam concoctionem restaurans; absque ulla alia ope sensim tandem hunc morbum emendant. A potu interim, quantum possibile: à frumento, in totum abstineant.

Abusus quo-
rundam
qui mox à
frumento
gravi la-
bore equo
os exer-
cent.

C A P U T III.

De venae Sectione, & Haemorrhagiâ.

VENA equis,citra necessitatem summam,secari non debet: sed circa pectus, aut dorsum,munquam castratus nunquā, ferme & nullibi.Exigit phlebotomiam necessitas si abundante invenis sanguine, male habeat equus:nullo quidem apparentetumore, aut alio signo: sed quod venę toto turgeant corpore, nec pedibus dolore aeger insistere possit. Tunc ab utroque ventris latere, vena (ut vocant)singularis incidenda est: manuque aeger mox ducendus leniter, ab omni abstinenſ cibo & potu, quoad omnis dolor requieverit. Porro sanguinis etiam missione indiget plethora, per corporis habitū diffusa; que coquymia dici verius meretur: & exindesinenti fricatione, totius corporis exhalatione fervida,urina crassa, rubra, graveolenti, oculorum rubedine, lipitudine, projecta crebro appetentia, pustulisque & tuberculis, toto corpore prominentibus, manifesta.Sic sanguinem detrahe exvena jugulari, ad tres, aut quatuor libras, pro virium ratione, ut multi gravesque morbi in tempore praeveniantur.

Post venae sectionem semper abstineant horam

unam, aut alteram ab omni pastū; sed per diem integrum, à solidiore pabulo.

Vena post phlebotomiā intumescens. Quod si, ut fit non raro qualibet de causa vena postmodum juxta sectionis vulnus intumescat: abrasis pilis, reclusum vulnus ablue aceto; aut ebuli decoctione, aut sambuci, aut urticae, ex aqua: herbas contusas deinde forma emplastri calidè impone. Si aliquandiu constitit tumor, aliam omnino curationem exigit. Vena si quidem, discissa supra eam acute, cervino cornu extracta, supra infraque affectam partem, lino obligari debet, corruptumque è medio exscindi, & sanari vulnus, pro more.

Cum supra modum fluit sanguis, nec sisti potest praes caeteris quies, caloris, frigorisque medicamentis procurentur. Dein per triduum continuū inhaereat Emplastrū, ex calido stercore equino, aut gramine vescentis porci: vel ex urtica, ex combusti linteī pulvere, ex stupa albumine ovi imbuta, asperso, si placet, thuris aut alōes pulvere. Ex contusa plantagine, poygono, bursa pastoris, cum ovi albo & aceto mistis. valet quoque succus porrī, urticae, basilici, plantaginis, equiseti, bursae pastoris, millefolii. Sanguinariae cum lana impositus, vel acetum acerrimum, lana aut spongia

exceptum. Aut spongiam aceto acerrimo imbutam, pice undique oblitam, combure in figulino vase, & in pulverem redige, ac impone. Similiter laudatur pulvis limacum, in testa combustarum: vel usti sanguinis columbini, vel cuiuslibet sanguinis, vel ranae combustae, aut pilorum leporum combustorum. Qui quidem pulveres soli & per se, aut invicem & succis supradictis mixti, magno usu adhibentur.

Si vena quaepiam in ore difficulter coalescat,
Ovis vena
difficul- sola vescatur secali farina, quamdiu opus est, pa-
ter co-
alescens. bulo omni aspero, aut solidiore procul remoto.

Deniq; in omni hemorrhagia pertinaci venae opposi-
tae sectio, insigne momentum habet.

C A P U T IV.

De Febri.

Nec febrili morbo equi carent; quo accedant proprius, ad humanae fortis societatem, Hoc praesente; caput pendulum est, illachrimantur oculi, prosternitur appetitus, siti torquetur ex pulsu iliorum. **R** cataputiae minoris, centaurei, absynthii singulorum manipulum: decoque in libris III aquae ad tertiae partie consumptionem: adde sa- lis & butyri singulorum selibram. fiat Clyster

calide iniciendus. Hinc tres continuos dies quotidie mane per cornu gulæ infundito libram ferme succi contusae radicis sambuci. vel R^e plantag. utriusque eupatorii, ungulae caballinae singularum manipulos III artemisiae manipulum.i.s.ex contusis exprimatur valide succus, cum pari mellis pondere in fundendus. Horminum sativum exhibe etiam in pabulo. Postea drachmas III theriacæ optimæ cum vino insunde. R^e squillæ drachmas i.s.castorei sambuci, sinapeos, euphorbei singulorum drachmas II. contusa misceantur, cum succo basi liconis, & salviae, in Emplastrum temporibus applicandum.

C A P U T V.

De Extenuatione, seu macie morbosa.

Macie seu extenuationem (quam hecticam febrem non temerè nuncupaveris) comitantur ferè calor partium extremarum, habitus corporis siccitas & durities, iliorum contractio & subductio immodica, incessus segnities, perpetua sitis; ac ingravescente morbo, manifestior febris: quam si praecessit setarum ex juba defluvium, curationis nulla spes est. Alioquin detineatur in equili per

triduum, absque pabulo aut potu. Objice de hinc laridum bene salitum coctumque, de quo famelicus ubi ad satietatem voraverit, calidam superbibat, quantum libet, hordei farina dilutam: & obequitet, usque dum probe alvus exoneretur. Post illa, bis de die pascatur tritico, cum larido & sale decocto, iterumque resiccato. Interea ex collo subinde tantillum mittatur sanguinis: ac procedente tempore madentes rore virides herbae, cum tritico suo objiciantur. De die tandem, perlaeta pascua oberret: noctu, ne frigore laedatur ad equile reducendus.

Quod si hepar forte, pulmones, lien, aut fellis folliculus laborent, morbo non satis cognito: proderit in potu agrimoniae, bugulae, verbena, violariae decoctum; cum succo faeniculi. vel decoctum sambuci, emulae campanae, faeniculi, hepaticae.

Pectoris apostema haustâ farina fabacea, in acetato optimo decoctâ, expellitur.

Visceris
alicujus
morbus
non satis
cognitus.

Pectoris
apostema.

Devoratae
cū pabulo
Plumae, &c

Contra plumas, sordes, aut quisquillas devoratas, ambusto primum umbilico, bovillum stercus calidum, aut omnia gallinae calida, concisa interanea, ori infunduntur.

Sunt qui rite comedunt, nec tamen saginantur.

Tunc *B* sabinae, cyclaminis, baccarum lauri, singulo-

Bene co- - rum manipulum, misce cum anserina pinguedine aut camedentes, qui non saginantur. ninâ ac cum vini amphorâ per cormu gulae infundito. nec aliter cum vino, bene incisa piscium viscera, obtruduntur. Aut fabae bene coctae exhibentur, cum salis manipulo subactae. Aut brassica parum cocta, cum tritici furfure. Aut limaces cum tritico & hordeo decoctae. Proderit etiâ si pascantur aliquandiu herbis rore madidis, addito posteâ frumento. Denique ante omnia, optimo habeantur regimine, comentur, midentur.

Nimium pingue- centes. Qui nimium pinguescunt, tepidam continuo bibant milii farina dilutam.

C A P U T VI.

De Subitaneâ Refrigeratione.

A immodico aestu patent cutis spiracula (poros vocant) quae frigori mox exposita, ipsum plenâ vi, nihil alteratum, velut apertis fenestrâs, ad viscera admittunt: unde subitanei immanes, & periculosisissimi dolores: tetanus sepe, ac mors. Ita refrigeratus, copiose loco calido contextus, anteriore elatius corpore, locetur: liliisque & inguinibus, oleo calido butyrove inunctis (in quo anisi, faeniculi, aut cumini semina incoixerunt) arundo amplissima &

aut 9 pollices longa, bene illita butyro, cautè podici ingeratur; parte ejus extimâ, valido filo caudae alligatâ; ne ultiro citroque retrocedat. Hisce solerter expeditis, vescatur frumento optimo: ac potet aquam, in qua feniculi aut cumini semen incoctum fuit. At non minus laudatur, aqua decoctionis radicum verbasci. Aut in quâ pulvis radicis gentianae ad semunciam diluta est. Ante has aut similes potiones, actu calidas, aut tepidas, alia non admittitur. Denique valet remedium cap. 8. demonstrandum sub finem.

C A P U T VII.

De Rabie.

RA B I E S, praestantissimorum equorum morbus, calcitratione; morsu, insolentiâ, evidens; curabitur, si à venae jugularis sectione, virgae pastoris decoctum, gulæ per cornu infundatur; atque ipsa folia cataplasmatis formâ, temporibus applicentur. Sunt qui extemplo decoctum apii pro potu: ipsum apium, cum pabulo exhibent. Et corticum mandragorae drachmas tres, aloës & nucis mosch. Singulorum drachmam. mandragorae corticem coque in aqua ad rubedinem, adde caetera, & ex cornu sor-

dendum obtrude. Aliud valde bonum & abrotani, rutaes, betonicae, salviae, gentiane, sylvestris dipsaci nondum germinantis singulorum manipulum, incisa contundantur & cum aceti acerrimi libris feretribus, fortiter succus exprimatur, invitreo vase bene clauso reservandus. Hujus succi mane, meridie & vesperi exhibe circiter libram in potu, per quatriduum, si opus est: & praedictas herbas, cum pabulo comedendas misce. Hyeme succorum loco, aridarum decoctum exhibitur. Nec desunt; qui solius dipsaci sylvestris succum, aut decoctum, similiter sumptum commendant.

C A P U T VIII.

De malis ab assidua frumenti comeditione.

Continuam hordei, tritici, aut alterius frumenti comeditionem, non raro ingentia ventris tormenta, lumborum inguinumque dolores, & tam saeva sequuntur symptomata, ut nec pedibus valeat aeger insistere, nec ab iliorum ruptura sit immunis. Hic totostet die, absq; potu, & pabulo: postea bibat modicum; sed iterum jejunet: crebris enim jejunis, obstructiones à plenitudine corriguntur. Si à cruditibus distentus venter, rupturae, adfert metum,

succingatur: & *By* fenic.chalaminthe, chamom.singula-
rum manipulos duos, seminis anisi, faeniculi,cu-
mini singulorum uncias duas,decoquuntur in aqua
ad libras duas, in hujus colaturâ dissolve mellis
& butyri singulorum uncias duas aut tres, salis
unciam: fiat clyster, calide injiciendus. Poste-
riore parte locetur altior: & podex aliquandiu, ne
exeat clyster, obturetur. Hinc viri duo validi, ab
utroque latere singuli, baculo teriti, polito,
pinguedine oblito, à pectore incipientes, magno
nisu usque ad inguina, ventrem pariter stringant:
podiceque recluso, deducatur equus in acclivem
locum: ut infusus, liquor, cum exrementis, rede-
ant per anum; & dolor è vestigio ad miraculum
evanescet.

C A P U T I X.

De Tussi, & Asthmate.

TUssi, ne in Asthma degeneret, quanto-
cyus suc-currendum: vix enim inveterata
tussis sine asthmate, sicut uterque affec-
tus, easdem causas, excedent-em frigiditatem &
humiditatem agnoscunt. Laborantes detineantur lo-
co temperato, & mundo: ac per triduum comedant

omnino, triticum decoctum: musti non ebullientis, quantum libet potent. Proderit quoque, si cum frumento sumpserit fēnugraecum. Aut faecem cervisiae recentem. siliquis recentibus excoctis mistam. Tum etiam pulmonariae pulvis, cum sale utiliter infunditur. Aut pimpinella saxifraga incisa, contusa cum modico aceto. Aut agrimoniae decoctum. Aut radicum verbasci. Aut pulvis denique radicis gentianae. Quae tepidē omnia, aut in tepida exhiberi saepius debent. Praemittunt veterinarii quidam, & cum successu uti jactant, urinae veteris haustum cum arenae manipulo. Et alii sordidiores, aliquot libras ex ēleto. Sicut & veratri nigri radicem auri immittunt.

C A P U T X.

De Rheumate.

EQuo rūm Rheuma, Teutonicē den Droes, de quo agimus, morbus est tam periculosus, quam contagiosus: adeo, ut hoc affecti, à caeteris allegandi sint. Illis vero nares mucore sordent, & destillant, frigent auriculae, marcent oculi, caput pendulum, corpus torpidum est: inapetentia, sitis perpetua, & per intervalla corpo-

ris horrores, molestiam exhibent. Curantur venae jugularis sectione; ac deinde ~~y~~ allii capitulum, nucem moschatam, piper, cinnamomum, charyophyllos singulorum drachmam, cum ovis aliquot & vino mista, gulæ per cornu infundantur. Postea narium hauriant auripigmenti fumum aut sulphuris, aut panni linei, vivis carbonibus excitatum. Tum etiam linteum, aut lanam, sapone illitam, radio alligatum, subinde naribus inserito. vel Euphorbii drachmam, bene tritam, misce cum selibra succi betae, & cyclaminis; additaque adhuc selibrâ sanguinis porci, coquantur omnia ad medietatis consumptionem; adde nunc euphorbii adhuc semunciam, & turundam è stupa longiorem hoc unguento imbutam, naribus inde: aliquandiu relinque, & frequenter repete. Pernitiosam humorum illuviem mire elicit. Sed & hic ellebori nigri radix, non inutiliter auri immittitur. Quae quidem remedia morbo nondum inveterato inventa sunt. chronici nullâ industriâ superantur.

Si os præ frigore obrigit, baculo aperiatur;

Si os obri- & cum vino calido, aut lacte aut aceto infundau-
guit. tur incisa genista, aut faenugraecum. Hinc ali-
quandiu esuriat. Postea fenugraecum, aut genistam,

cum frumento comedat, ab humo: ut humores; è de-
clivo capite descendentes, facilius exeant. Iuvat
denique hunc morbum; usus frequens decocti radi-
cum verbasci: & pulvis radicis gentianae: vel pul-
verisata cum sale pulmonaria; aut petasitidis ra-
dix quovis modo sumpta: & cum alio pabulo, mista
identidem agrimonie. Tria ova, per triduum aceti
acerrimi libris tribus, immacera & infunde:cura-
bitur.

C A P U T XI.

De lippitudine, seu Delachrymatione.

HUMORES aliquando ad oculos descendunt,
citra inflammationem; saepe tantâ vi, & co-
piâ, ut aperiri, nec attolli palpebrae pos-
sint. sive ab ictu, seu à frigore, vento, fricatio-
ne, aut spontaneo naturae impetu concitentur. Cu-
ratio. Alumen minutissime tritum cum melle subac-
tum illine. vel pompholygem lotam, aut stygium, li-
ga in nodulo, quo aquâ euphrasiae, aut faeniculi
imbuto, oculis crebrò ablue. vel fiat nodulus, ex
pulvere picae ustae, iisdem aquis irrorandus.
Aliithuris, mastichis partes aequales, minutissime
conterunt; cum ovi albumine mistas, panno accom-

modato inungunt, pilisque circum circa derasis, imponunt supra oculos, quo ad lachrymae sistuntur. Interea eos abluunt decocto fabarum, ex vino albo: aut succis agrimoniae, bellidis, faeniculi, seu earū decoctis: vel capiunt vini albi libram, hāc diluunt aluminis unciam, & pro collyrio usurpant. Ex cichorio, & rutā, fit emplastrum, quod illachrymantibus oculis, superligatur. Cum lippitudinem à sordibus esse suspicaris; digito investigentur, molli tenuique linteo tecto; atque exter geantur. Sed utraque auricularis vena, post aures, in contumaci malo utiliter amburitur.

C A P U T XII.

De Suffusione seu Cataracta.

Neglecta superior lippitudo, saepe in suffusionem abit; quā pupilla tandem veluti membranula obducitur, excoecaturque. Hujus causa quoque perhibetur, nimis diuturnus & frequens ave- nae pastus. Hanc enim visui obesse, sicut ē di- verso, fabas juvare, periti veterinarii tradide- re. Curatio. Abluantur oculi vino decoctionis

*F*Aut aquā ex melle destillata faeniculi, & euphragiae. *F*Aut pueri urinā, in quā addito pulvere sacchari candi. faeniculum incoxit. Sed si aegritudo longius pro-

Suffusio
cōfirma-
tior.

Si membar-
nula jam
nata est.
Et caeci-
tas urget.

cesserit, urinâ viri. Vel sepiæ ossis, tartari,
salis gemmae partes aequales in subtilissimum
pulverem redactas bis terve quotidie per cannulam
oculo inspira. Quod fieri etiam poterit cum pulve-
re Zinziberi albi, & cumini, aut ranae palustris,
vel talpae capitumque hirundinum ustorum. Et se-
piæ ossis, piperis, tartari partes aequales,alu-
minis usti, minus aliquanto, minutissimè trita
cum melle, in ovi testâ super calidos cineres, ali-
quot horas digerantur, & innungantur oculis. Aliud.
Et florem aeris ad quantitatem avellanae, mellis
non pressi cochlear vulgare; mistis simul, & per
linteum expressis, ungantur oculi laborantes.
Aliud. Et succi chelidoniae, aut faeniculi, aut eu-
phragiae unciam, mellis drachmas sex, fellis ovil-
li, aut alterius quadrupedis senunciam misce & il-
line. Alii jam dictis succis, aut rutaë simplici-
ter, fellis aliquid admiscent, & utuntur. Ubi mem-
brana jam oculum obduxit, cedere nescia; equo an-
teà prudenter ligato, peritus aliquis, levabit
eam eburneo acu; aut idoneo hamulo detractam, ap-
te succidet. Hinc inflabit cumini pulverem, & mel-
lis, aut aluminis aquâ abluet.

Cum caecitatis est metus ferrum candens, polli-

cis latitudine, infra oculum adigito, adusque assis denudationem. Hoc fonticulo deriventur humores, qui oculo imminebant; tantisper dum nihil de cœcitate amplius metuere necesse est.

C A P U T XIII.

De Lumbricis intestinorum & terminibus ventris.

Sævientes intestinorum lumbrici, interdum necis causa sunt. His laborantes equi, se volunt, indesinenter; ventrique impingunt os, & admordent, rigentibus undique pilis. Curatio. Omnia gallinae viscera modo extracta & incisa, gulae per cornu convenienti liquore diluta infundantur, semel in die, per triduum. neque aliis ante meridiem, pabuli potusve sit usus. Aut exhibe incisam genistam cum frumento. aut salicis virides cum foliis ramusculos: aut arundinem; aut agrimoniam; superbibendo succum hyperici. vel bibant decoctum reginae prati: vel secalis: vel seminis coriandri, vel decoctum succumve cannabis. vel sumant radicem petasitidis, quo libet modo. valet etiam succus, aut decoctum absynthii potum, ut & coralinae, ac scordii. Magis jam dicta laudantur, si

guttae decem aut viginti olei sulphuris, vel vitrioli, admistae sunt. Et seminum absynthii unciam. ponantur in aquae vitae unciis tribus, per 24 horas, colaturaे theriaces adde drachmas tres, & in alio convenienti liquore dilutam, infunde Et tria succi limonum cochlearia, cum uno cochleari & dimidio olei olivarum, simul potandum obtrude. Herbae graligae succus, & semen caulium ad semunciam exhibita, non parum commendantur. Sunt qui in amphorâ cerevisiae tenuissimae, salis injiciunt manipulum, valide circumagunt, spumam auferunt, salitamque cervisiam gulæ infundunt.

C A P U T X I V .

De vermibus aliarum partium: ut & cutaneis.

Vermis Cy-
clus de
V i v e r . O M n i u m pernitiosissimus est vermis, quem Cyclum, Belgae de Viver nuncupant. quae unius horae perimensatio, nō immerito Mors de Moord vulgo dici cōsuevit. Hoc laborans, vehementer jactat caput quaqua versum, frequenter prolabitur: humi affligit caput, circumvolutatur, de repente subsilit iterum in pedes, & iterum prosternitur. Omniaque horrendo cruciatu anxius, confusissimo ordine & impetu, quasi furibundus peragit. Curatio.

Apparentibus hisce signis, mox exscindatur vermis:
aut ferro candenti exuratur. vulnusq; repleatur
sale. Si laeditur forte vena jugularis, supprimen-
do sanguiniproderit stupa, ovi albumine imbuta,
vulneri imposita, & per triduum relicta. vel ea,
quae capite tertio, de haemorrhagiâ annotavimus.

Sed nec parum periculosus est vermis, quem à
loco Cordialem vocant: quasi circa cordis regio-
Vermis
Cordia-
lis.
nem soleat stabulari. Et enim qui largiter pascun-
tur equi, & otiosi degunt; neglecta phlebotomiâ,
eam humorum copiam coacervant: quam regere natura
impar est. Horum porcio, quae ad pectoris cava di-
mittitur, cordis regioni infesta, tandem excitato
tumore, in conspectum prodit. qui hoc laborant,
caput pendulum vix sustinent. appetentiam amittunt,
ac facili incremento, pectoris apostemate peri-
clitantur. Curatio. succidatur quam primum abdo-
minis vena; & binâ sectiōne, humores sub apos-
temate deriventur. Hinc labor modicus utilis; sed
procul à frigore, & vento. Maturatum denique
apostema incidendum, curandumque ut alia solent.

Quod si vermis forte quidam, per nares, irrep-
serit in caput: jactabit patiens, & crebro pedi-
bus pulsabit caput. Tunc lignum cariosum querci-

Vermis num in pulveram redactum cum aceto acerrimo gulæ; qui per nares ir- & naribus infunde. Exhibit ut ferunt, vermis, in- repsit. dubio experimento.

Contagio- sa vermi- um spe- cies sub- cutanea & perfo- rans. Est vermium quaedam contagiosa species, cutem carnemque velut teredo perforans, à corruptis, puc- cies tribus, faetidis humoribus nata, in qualibet ferè corporis parte. Curatio. Si vermes isti anteriora, occuparint, & adsit plethora, vena jugularis: si fe- mur, aut crus, vena talaris incidenda est. Si lo- ca carnosa, minime nervea; ferro excindi debet. At vero nimis inveteratum, aut ingravescens malum, phlebotomiā non admittit. Porrò Rx tragacanthi, boli Armeni, sulphuris, gallarum, fuliginis singulorum drachmam. alöes, myrrhae, thuris, atramenti suto- rum, picis aridae, cornu cervi, radicis cavae, mus- ci quercini, pumicis corticum granatorum gypsi singulorum drachmas duas. micae panis hordeacei. corticum ovorum, mellis combustæ singulorum drach- mas tres, pulverisata omnia misceantur. Ex hoc pul- vere, inspergetur locis affectis, quantum. satis. Deinde imponetur emplastrum sequens Rx agrimoniae contusae manipulos duos, farinae tritici manipulum: cum melle, & tribus aut quatuor ovorum vitellis, subige in emplastri formam. vel Rx morsus diaboli,

valerianae, radicum raphani singulorum unciam aut quantum vis: contusa omnia & commixta, loco deraso impone. Tandem *E* charyophyllatae, scabiosae, plantaginis singulorum manipulum, raphani semimanipulum, decoquantur, ac decoctionis aqua detur in potu.

C A P U T X V.

De Anginâ; seu Tumore Tonsillarum.

Angina est faucium, & summarum gulæ partium atque ut plurimum tonsillarum inflammatio, deglutitionem atque anhelitum impediens; inde aegri in sublime caput efferunt; eaque collie extensione tumores illi, modo latentes & occulti non sint, in conspectū se dare solent. Curatio. Omnis angina, praesertim interior, aut latens periculosissima est; venae jugularis & subinde ejus, quae sub lingua, sectionem exigens. Medicamentorum interrorum vix dum est usus, cum enim mox praeterlabantur, aegre quicquam virium affecto in loco exserunt: & vi adacta, inflammationem, non parum exasperant. Interea dari poterit hydromel. aut lac decoctionis glyzyrrhizae, passularum & seminis lini. Cataplasma foris ad collum, sub men-

to, & circa mandibulas, in loco affecto, imponatur. Hoc tale, Rx radicum altheae, ad mollitatem decoctarum, farinae hordei, seminis lini, singulorum unciam. fermenti veteris unciam. Coctis altheae radicibus ad mollitatem; hisce exceptis, in earum decocto misceantur reliqua, & decoquantur; additâ pinguedine porci, quantum satis, ut fiat Cataplasma. vel Rx florum chamomillae, meliloti singulorum uncias duas, farinae hordei, seminis lini aut fabarum singul. manipulum. ficum pinguum numero quindecim, pinguedinis gallinae, anseris, aut porci quantum satis, ut fiat Cataplasma. valent quoque emplastra ex albo stercore canino; ex stercore, aut pulvere hirundinum aut nidorum hirundinum ustorum, subigendo cum melle. Aut unguentum ex stercore caprae; piceliquidâ & melle. Caput interea panno laneo bene contegatur. Post maturationem, aperiatur abscessus exterior aut interior.

Fquidem curabilis pro more aliorum.

Exterior exhibendo subinde pro potu hydromel, aut hordei communis decoctum, addito non nihil mellis: ac posteâ, si difficulter sanetur, aliquid succi vulgaris apii.

C A P U T XVI

De Exitu Ani.

Ani exitus est, cum intestinum rectum foras procidit, à labore immodico, difficili partu, invito ac violento coitu, aut aliâ qualibet de causa. Curatio. Intestinum propendens, foveatur aliquandiu vîno austero, quale est, quod à tingendo nomen obtinuit, vel aceto, vel decoctione gallarum, aut vino, in quo candens ferrum aliquoties extinctum. Deinde sal insperge, aut potius cornu cervi ustum, aut pulverem ossium, dactylorum combustorum, aut picis combustae & thuris ac mastichis. Hinc leniter reducatur intestinum, & imposito si placet suppositorio, ex lanâ in succoprororum infusa, spongia aceto madida superligetur. Inter ea parte posteriore stet altior patiens, & quiescat.

C A P U T XVII.

De urinae difficultate & suppressione.

Hos affectus Dysuriam, & Ischuriam, medici appellant; solâ ratione majoris, & minoris distinctos. Ille enim magnâ cum difficultate & dolore, urinam reddit, Hic iisdem, sed

validioribus causis, retinet: quare iisdem etiam
 remedii curantur. Curatio. Retentam in equo urinam,
 laxari ajunt & copiose reddi mox, sedarique
 dolorem, si virgo zonâ qua amicitur soluta, faciem
 ejus feriat, ut testatur AElianuS, quod parabilis
 admodum operae fuerit. At si fidem fallat AElianuS:
E radices petroselini, feniculi, pimpinellae, saxifragae,
 decoque in vino aut aquâ & potandum ex-
 hibe. Quin imo curabitur haudubie, si infuderis
 vini amphoram unam, aut alteram addito pulvere nu-
 cum duarum, aut trium myristicarum; modo à frigore
 & flatibus laborat. Quo casu, utiliter sabinae
 contusae manipulum butyro & vino, etiam infunditur.
 Aut linariae decoctum: aut herbae radicis restae
 bovis. Coitus etiam decantatissimum est remedium.
 Commode inguina, perinaeum, & loco vicina unguntur
 oleis liliorum, chamaemelino, scorpionum, cum cuni-
 culi, aut canis pinguedine mistis. Et alligatur
 dein cataplasma sequens. *E* raphani contusi, parie-
 tarię, cressonis singulorum manipulum, cum anseri-
 no adipe, fiat cataplasma. Aut spongia subinde
 aceto imbuta acerrimo; in quo absynthium, caepe,
 porrum decoixerunt, calide applicetur. Aut fabae
 coctae, cum tritici farinâ, & contusae, cum axun-

gîâ subactae.

Inflatio
& tumor
genitali-
um.

Si adest inflatio, aut tumor genitalium aut scroti ab humorum influxu, quod errantibus frequenter accidit, in aquosis, aut palustribus locis: initio cretam subtiliter tritam, cum acerrimo aceto, & paucō sale, in unguenti formam misce. Hoc bis terve in die, locum illine. & fabas concontritas in axungia porci decoctas, posthinc applica. Ubi induruit tumor, & seminis lini, foliorum rutaes & absynthii singulorum quantum vis, cum unguento dialtheae mista impone. Aut spongiam aquâ calcis vivae madidam. Si suppuretur; ex arte apertum vulnus, acri aceto, aut vino ablutum, emplastra ex melle, farina tritici, parum aluminis, cum oleo mistis, acut alii abscessus solent, curabitur.

Intumescit etiam quandoque scrotum, ab hernia intestinali, aut alia qualibet: sed potissimum humus auxilium, petitur à Castratione. De qua nunc agemus.

C A P U T X I X.

De Castratione.

Pericli plena est castratio, non nisi à versatissimo in hac arte tentanda: idque vix alias, quam in vere, vel autumno, ferro aut vin-

culis velut tutioribus, hic dicemus. Postquam per
biduum à potu abstinuit caballus, & tenuiter pas-
tus est; humi commodissimè sternatur, quantumq;
opus est, succidatur scroti, ad testium investigatio-
nem: hinc robusti duo viri, funiculo nervos unde
dependent testiculi, summā vi constringant, & accu-
ratissime vinciant: vulnus aceto abluant, aut vino
optimo, & scroto vini tartaro circumlito, quotidie
femina, inguina, & loca circumdolentia, oleo ungan-
tur rosaceo, aut myrtino, dum tumor omnis evanue-
rit. Interim in die, ducatur equus aliquot passus;
sed à frigore diligenter praeservetur. Si muscae
urgeant, liquida pice vulnus obducatur.

C A P U T X I X.

De Scabie, seu Impetigine.

Collum & cauda, scabie ut plurimum laborant
Sed & quandoque totum corpus. vix autem quid-
quam magis contagiosum. Curatio. A vene jugularis
sectione, ter quaterve in die, abluatur scabies
acri lixivio, urinā, & aceto, aut muria .Post ablu-
tionem, applica emplastrum, quod sequitur. Ex sul-
phuris vivi, tartari, thuris albi, vitrioli, corticum

fraxini, viridis aeris, scammonij, cyclaminis singularum partes aequales, misceantur cum sufficien-
 te quantitate olei communis, adjectis aliquot ovi
 vitellis, coquanturque nonnihil, agitatione conti-
 nuâ, ad idoneam emplastri consistentiam. Est potens
 unguentum, ex pulvere tormentario contrito, cum o-
 leo communi, in formam unguenti subacto. Aut insper-
 gatur pulvis foliorum tabaci. aut radicis filicis,
 & potentillae, aut ferulae pulvis, ipsave herba con-
 tusa, nec non apium aquatile, petasitis, aut radix
 ejus imponitur, Commendatur quoque aqua, quae repe-
 ritur in fagis cavernosis. Et oleum picinum, cum
 hordei farinâ. Oleum picinum sic comparant. Decod-
 quunt picem aridam in aheno: cui vicem operculi
 praestat bene ablutum & impositum vellus: expres-
 sum ilius conceptos ex ebulliente pice vapores, ac
 frigore demum in liquorem(oleum picinum vocant)
 coactos, restituit. R sulphuris, aut lithargyrii,
 aut utriusque, quantum vis; cum aceto, aut scabio-
 sae, aut plantaginis, aut fumariae succo, misce
 in unguentum efficacissimū, veluti & hoc est. R
 chalcitidis unc. s. squamae aeris drach. ij. vel aeru-
 ginis semidrachmam, aluminis drach. tres, sulphuris
 unciam, aloës, thuris, myrrhae singulorum sesqui-

drachmā, Infusionis gummi Arabici, factae in aceto,
 quantum satis, pro limimento. Rx axungiae verae,
 qua aurigae utuntur libram, pulverum foliorum sabi-
 nae sesquiunciam, baccarum lauri semiunciam, radi-
 cum hellebori albi drachmas duas, sulphuris unciam,
 argenti vivi terebinthinā exactissimē dissoluti,
 drachmas sex. fiat unguentum.

C A P U T XX.

De Vulneribus.

Vulnus appellamus, non curiosā quidem, sed
 medica tamen, & vulgore ceptā significatione;
 quamcumque unitatis solutionem; que extrinse-
 cus advenit: sive factum in eā sit pus, sive non.
 Ulcus verò nuncupabimus, eam quae ex ipsius corpo-
 ris erodentibus humoribus, ortum dueit. Curatio. Ali-
 recens. ter plane curatur vulnus recens: aliter quod in ul-
 cus degenerat. Ac recens quidem curabitur I. sis-
 tendo (si adest) enormi sanguinis profusione, de
 quā consule, caput tertium. 2. vulneri, si quid in-
 haereat auferendo, praecavendoque ne quid labiis
 Far contactum.
*y. donique corr.
 solidando. Rabia
 fore* intercidat. 3. adducendo labia (si magnum vulnus)
 adducuntur suturā aut glutino. Nos de glutino pau-
 ca docebimus.

In principio quidem, cum adhuc haemorrhagia urget, aut ejus metus est, vulneris labris, compressione levijunctis, imponitur emplastrum, quod siccatum, & valide adhaerens, illa donec, contrescant, retinet. Ex iis enim comparatum est, quae sanguinem simul sistunt & agglutinant, velut β boli drachmas tres, thuris; sarcocollae, aut vernicis drachmam, cum albumine ovi, aut collâ fabrorum lignariorum dissolutâ, additis minutissime incisis leporum pilis; fiat Emplastrum. Post principium, duo lintealibita glutino, vulneris utrâque lateribus agglutinantur, ac manibus aliquot horas detinentur, donec resiccata adhaereant. Haec linta adductis ad mutuum contactum labiis vulneris sunt, qui tunc suunt, & ita sinunt, donec vulnus sit glutinatum. Alii linteis ansulas applicant, è filo multiplicato contortoque ea distantia, qua suturae solent. Quibus ansulis alligatis, adducunt labia; solutisque quoties opus est, vulnus detergent, medicamenta & linteum vino adstringente expressum, super imponunt, at rursum deligant. Glutinum etjam fit tale. β sanguinis draconis, thuris sarcocollae, mastiches singulorum drachmam, ovi albumius quantum satis, misce. Gypsum cum ovi albo vali-

dissimè adhaerescit. Nonnulli calcem vivam addita mastiche, cum ovi albumine, miscent. At sedulo curandum, nelinteum, aut gluten humectentur; sic enim excidunt. Resina pini reliquis addita, humiditati à sanie resistit.

Quae vulnere, istis glutinis non consolidantur; sequentibus curabuntur. Rx thuris, myrrhae singulorum semunciam, alöes unciam, pulverisata, cum albumine ovi, subige in emplastri formam. Vel Rx radicum aristolochiae semunciam, sanguinis draconis unciam, gummae elemi uncias duas, resinae siccae uncias tres, pulverisatis pulverisandis, cum terebinthina quantum satis, fiat emplastrum. Aquam in folliculis ulmi inclusam sunt qui probant. Sanguis quisvis siccatus in pulverem tenuissimum redactus, & inspersus, admodum glutinat. Succus Nicotianae, cum oleo, resinâ abietis, pice & cerâ in formam unguenti coctus, valde usitatus est.

Vulnus
ulcera-
tum.

Vulnus, quod in ulcus degenerat, nempe suppurratum, antequam consolidetur, mundificantibus pus, aliasve sordes, opus habet; dein siccantibus, hinc carnem generantibus, & cicatricem. Urina praesertim

Fecula viva
immaculata, & vetus, & in qua tartarum, & alöe dissolvuntur, mi-
à calce Siliponter
separata est. rabiliter deterget & exsiccat. Vel aqua in qua
sol aqua Tofa
naturalis, aut muria.
Vel aqua, in qua

solutum alumem, & nonnihil camphorae. Aqua in mar-
cescentibus quercuum cavitatibus reperta, sanare
etiam perhibetur. Sanant porrò etiam alöe, & tar-
tarum cum aceto dissolutum. Vel by lithargris un-
cias duas, masticas, thuris singulorum senumciam,
camphorae semi drachmam, crociscrupulum, coquantur
in aceto. Persanant etiam summitates mille folii,
cum floribus contusae, impositae, ut & agrimonia &
senecio: & pulvis rosmarini inspersus. Ac denique
quae recentia vulnera consolidare diximus, Multa-
que alia innumera passim obvia, quibus non diutius
immorabimur.

Caeterum excrescentem superfluam carnem, cohi-
Caro vulne-
rum super-
flua.
bent sabinae pulvis; aut impositum linteum in
aquâ salsâ, aut aluminosa infusum, tum etiam sal,
aut caepa melli permista: faex vini, & acetiflos
eris, alumem ustum, præcipitatum, unguentum AE-
gyptiacum, veratri nigri pollen, oleum vitrioli,
an sulphuris: aliaque plura.

C A P U T XXI.

De vulneribus Nervorum.

Nervum aliquem majoribus vulneratum,
cognoscitur ex vulneris loco, per quem multi,
magnique nervi transeunt: velut ad articulos,

in locis excarnibus. dein ex dolore insigni, quem consequitur pulsatio, inflammatio, frequenter & spasmus, gangrena, mors. Sed nervis planetransversim praecisis, horum nihil accidit. torpor tantum & amissus sensus ac motus eius partis, aut membra, in quod nervus ille inserebatur. Curatio. Nervorum puncturae, incisioni, contusioni, distincta curatione opus est.

Punctura
Nervi.

Puncturae, seu causa primum vulnerante apertae, fomentum convenit ex oleo calente, vel chamaemelino, vel anethino, vel rutaceo, hyperici, lumbricorum, terebinthinae &c. sive instilletur, sive applicetur, cum lanâ. Aut apponi tur terebinthina, cum vitello ovi & croco. Et oleum in quo dissoluta est terebinthina, aut opopanax, aut sagapenum, aut euphorbium, aut sulphur vivum. Ex oleo levisticí, cum axungia anseris, aut alia, & cera, utile fit unguentum, quod apponitur. Ut & ex pulvere lumborum, cum melle. aut vermiculorum ex stercore equino, cum oleo: vel oleum, aut axungia, cum melle & vini parum cocta applicetur. Cochlearum caro contusa, cum thure & myrrha, nervorum vulnera glutinat. Ad inflammationem, si superveniat, post fomentum imponatur farina fabacea, hordeacea, aut

Inflammatio
ex laesio-
ne nervi.

mili, ex oxymelite decocta. Vel farinae seminis
lini, terebinthinae, mellissingulorum partes aequa-
les, coquantur in vino albo ad emplastri consis-
tentiam. Incisio per longum curatur etiam calce
lota, multo oleo soluta, linimentis imposita: aut
lota pompholige, largiore rosaceo liquata. Nervus
totus per transversum dissecitus, cum pars utraque
intro retrahatur, non curatur difficulter, sarcoti-
cis. Sed & limacum carnes, cum farina volatilli, &
olei nonnihil, ac myrrhae utiliter impomuntur.

Nervi con-
tusio cum
vel sine ex-
ulceratio-
ne

Contusioni cum cutis exulceratione, cataplas-
ma convenit ex erui farinâ, aut fabarum, cum oxy-
melite. vel pulvis radicis iridis cum oxymelite:
vel cinis sarmentorum cum oleo: pinguedine galli-
nae, & aceto mistus. Si contusioni non adsit
exulceratio, pars saepius foveatur oleo calente,
imposito dein emplastro, ex radice cyclaminis,
majoranâ, sale & melle. Proderit etiam fomentum
ex decocto menthastrî.

C A P U T XXII.

De vulnere simplici, ab aculeo, spina aut
clavo.

A

C v l e i , spinae, aut altius vulneri hae-

rentia fragmenta, si non nisi profundiore sectione auferri possint, unde metus inflammationis, aut gravioris mali: osculum puncturae si opus est, priusquam intrinsecus ~~vulnus~~ coaluit, secando aperiatur; & molli turunda medicamento imbutâ servetur apertum: superimposito emplastro idoneo puncturarum (ut vocant) Steich-pflaster Germanis, Belgis Steeck-pleyster. Porro ad elicienda puncturis infixa, quae potissimum celebrantur, haec sunt: Grana berberis trita, & imposita. Caro limacum, cum butyro cocta contusa; aut cocta in vino cum farinâ subacta. Contusum chelidonium cum melle. Semen erucae, & abrotanum, cum axungiâ. Cinis ~~hiru~~
dinis ustae, cum aceto. Polypodium tritum, cum porci axungia. Cinis fumiterrae, cum melle. Sponium serpentis, cum leporina pinguedine. Cinis lumbricorum, cum melle coctus. Laudantur quoque magallis, sordes balnei, saex alvearis apum, bryonia, sterlus anseris, aristolochia, folia papaveris agrestis, &c. conjunctim aut divisim applicata. Et haec quidem si non juverint, apto instrumento extrahantur: & bene ablutum vulnus curetur deinceps, ut alia solent. Vel R mellis unciam, fuligi-

*Infixa ut
extrahantur.*

nis tres uncias, telae aranearum semunciam, urticae contusae unciam, salis parum, omnia bene mista emplastri vice calide imponantur, per triduum.

Tumor à punctura. Applicari quoque possunt contusa verbasci folia, aut radicis sylvestris radix, postquam ablutum est vulnus calido aceto. Si locus tumet. Rx absynthii parietariae, brance, singulorum manip. axungiae veteris uncias tres, farinae tritici manipulū semi, mellis uncias, omnia herbis incisis, & contusis misceantur, in emplastri formā.

C A P U T XXIII.

De vulnere seu morsu venenato.

Vulnera seu morsus venenatos, comitari solent insignis dolor, prava sanies, circumstans inflammatio, malus odor, & color teter. Curatio. Ante vulneris ipsius curationem, veneni vires per interna & externa remedia, infringi necesse est. Intro valet assumpta theriaca, mithridatum, aut sanicula contusa, cum lacte pota. Vel decoctum vincetoxici, tormentillae, angelicae sylvestris radicum prius maceratarum in aceto. Stercoris gallinae, aut galli decoctum, etiam magni

Remini.

fit. Hinc mel & sal adusta, contrita, plagae superligentur. Sanicula exterius applicata, quoque efficacissima est: sive sola, sive succus eius cum resina abjetina & oleo hyperici. sed inter initia, cum oleo rosaceo, vino albo dulci dilutus, ut per siphonem, ~~s;~~ opus est, longissime possit infundi. Applicari etiam possunt succi pedis columbini, hyperici, lini sylvestris, serpentariae, ~~similis~~ anisi. Aut theriaca, cum vino austero. Vel hoc Emplast. R/ stercoris gallinae unciam, pulveris dictammi drachmas duas, salis drachmam, axungiae leporis, olei amygdalarum amararum & cerae quantum satis ut fiat, emplastrum. Commodo vulnus quoque aqua vitae abluitur: & si non sit in parte nervosa, aut venosa, idoneo stylo candenti, quod venatum est amburitur, aut excinditur. Vulnus, cum rubra & viva appareat caro, ut cantera vulnera simplicia, agglutinatur.

C A P U T XXIV.

De cervicis, dorsi, lumborum, vicinarumque partium, excoriatione, tumoribus & ulceribus, ab helcii, tomicum, ephippiorum, aliorumque onerum attritu ferme contractis.

Excoriatio. **C** Uratur excoratio, mastiche, vel thure,

vel pice, solâ pulverisata, aut oleo rosaceo sue-
 actâ, vel axungiis & cera, pro unguento. vel pul-
 vere combusti corii, solearum aut chartae, cum sae-
 vo; vel pulvere foliorum tabaci, potentillae, aut
 radicum filicis. Mirum, quod de aquatico pipere
 affirmant. viridem eam, aquâ frigidâ immersam, quo-
 tidie applicatam, non excoriationi modo mederi &
 tumoribus ab attritu, sed & viridem aquâ frigidâ
 madidam, excoriationi & tumoribus diligenter af-
 fricatam; hinc marcido in loco sub lapide deposi-
 tam, non ante putrefieri, quam excoriatio auttu-
 mor consanescat. Tumoribus, iisdem in locis, iis-
 demque de causis, mox post detonsos pilos, illi-
 nenda argillâ acetato subacta; aut emplastrum ex fa-
 rinâ tritici, cum ovi albumine, in linteo appli-
 candum: quod non vi, sed irroratum placide posteâ
 avelli debet. Prodest & allium contritum, cum sae-
 vo suillo, calide impositum. vel firmus equinus
 calidus & recens. vel R' stercoris vervecis li-
 bram semis, farinae secalis duas uncias, cum axun-
 giae veteris libra, parum coquantur & calide ap-
 pellicentur. vel folia brassicae rubrae, cum axun-
 giae mixtis, decoctisque. fiat emplastrum calide
 imponendum. Qui ad maturationem perveniunt tumo-

Tumores.

Fulcri confusa.

vel denique ex absinthio, parie, ursina beni con-
 fusa, cum axungia mixtis, decoctisque. fiat emplastrum calide
 imponendum. Qui ad maturationem perveniunt tumo-

res, commode inciduntur partē inferiore, quo pus
 facilius effluat: vomica vino abluatur, aut vini
 aceto: & curetur deinde, ut vulnera in ulcera de-
 Abscessus. generantia solent. De quibus vide cap. 20. vel cal-
 cem vivam, cum melle in massam subige, ubiigne be-
 ne conduit, inpulverem redige, qui bis quotidie
 ad perfectam usque curationem inspergendus est.
 Sunt qui vomicā implent lino carpto & aceto vini
 madido, usque dum succrescat lino carpto & aceto
 vini madido, usque dum succrescat caro. tunc mel-
 le illinunt & pulverem inspergunt radicis cavae.
 Ad quaslibet laborantium equorum vomicas, immodi-
 cis praeconiis sequens venditatur remedium. **B**ol-
 lam fictilem novam: hanc prima positura ex panno
 altera ex sale, tertia ex caudis seu radiculis
 porri capitati, quarta ex fabis, postrema iterum
 ex panno Janeo, nigro insternito & replete. Olla
 sic repleta, & operculo argilla salita collutato-
 ne quid exspiret, fornaci ardenti immittatur us-
 que dum omnia sufficienter combusta sint. Quae pul-
 verisata tandem, & per cribrum dimissa, serventur
^{ueum} adsum. Ablātis igitur vino vomicis, aut vini ace-
 to, de hoc pulvere inspergatur. Alii denique ma-
 cram carnem bovillam fumo induratam carbonibus

torrent, in pulverem redactam aspergunt.

Equi sic affecti, nec onera recipere, nec defatigari debent. illo autem tempore, quod abscessum aperire opus est, ephippiis cum sessore impositis, discurrent modice & aliquandiu, quo cutis incidentia sensim extenuetur.

C A P U T XXV.

De Ventrīs vulneribus à calcaribus inflictis.

Cautio.

Si à calcarium puncturā laesis venis aut nervis, ab humorum influxu locus intumescat, aliam quidem curationem non exigit, quam ex superiorē capite 21. aut 22. peti potest. Levandi tamē laboris causa, & hic quaedam remedia proponeamus. Curatio. R' brancam ursinam, absynthium, rubiam manorem, rutam, pedem columbinum singulorum quantumvis; cocta omnia contusaque calide imponantur. Locus potest quoque muriā ablui, ut imponatur posteā emplastrum ex urtica contusa, sapone, & argilla invicem subactis. Aut ex porro & absynthio cum oleo communi. Ingravescens malum, cyclaminis ablue succō, & ipsam herbam contritam impone. Si opus est, etiam, aperto foramine, saniem deriva &

exhauri.

C A P U T XXVI.

De Crurum, pedumque vulneribus.

Si crura aut pedes. quacunq; ex causa vulneren-
tur. R' mellis semunciam fuliginis sesnunciam,
telae aranearum drachmas duas, urticae semunciam,
salis parum: omnia bene mista in emplastri for-
mam, calidè imponantur, per triduum, aut amplius.
Vel R' piper aquaticum, porrum, caules rubras sin-
gulorum quantum vis, cum veteri axungia, misce &
impone. Aut mistum stercus, ovillum, cum urina, ad
mellis consistentiam: vel R' summitates parieta-
riae, brancae ursinae contusas, cum veteri axun-
gia, decoctas, additoque aliquid mellis & farinae
tritici, continua agitatione permisce in emplas-
tri formam. Vel R' succi absynthii, pinguedinis por-
ci, cerae singulorum partes aequales, vini & olei
parum, decoquantur, addendo interim aliquid fari-
nae tritici, continua cum agitatione, ne adurantur.
Vel R' succi absynthii, mellis, butyri singulorum
partes aequales, arte coquantur & misceantur cum
farina tritici, ut supra.

Cum in plethoriciis crura posteriora (ut fit su-
 Crurum tu-
 more ab bindē) intumescent ab humorū influxu; vena femo-
 influxu.
 ris secabitur: & tumidus locus inungetur bis quo-
 tidie, unguento ex creta, sale & aceto permistis.
 Aut impone folia & radices sambuci, radices fili-
 cīs incisas contusas, & cum porri pinguedine su-
 bactas. Si indurescat tumor, candenti ferro exu-
 ratur.

Si equo necessum est per aquam incedere, qui pe-
 Cautio. des aut vulnere, aut ulcere sunt aegri: muniatur
 affectus locus linteo, sequenti medicamento cali-
 de imbuto, Rōlei communis semunciam, terebinthi-
 nae sesquiunciam, cerae quae satis, rite cōeant
 in unguentum. Postquam ex aquā redierint, ex lana
 contortum cingulum loco circumda, & contege.

C A P U T XXVII.

De Fistulis.

Vulnera, aut ulcera male curata, in fi-
 stulas seu longos, angustos, calosos diffi-
 culter curabiles sinus, saepe degenerant.
 Gignuntur calli potissimum in orificio fistulae
 externo: & cum inveteratae sunt fistulae, in car-
 ne etiam subjectā, ac per totum fistulae ductum.

Immisso tunc stilo, nullus aut exiguis sentitur dolor, percipitur durities, nec sanguis exit. Cut-
rato. Callus antetomnia eximatur, aut ferro (si possibile est) aut unguento AEgyptiaco, aut cal-
cantho usto, praecipitato, pulvere cantharidum, ni-
gro sapone, aut radice hellebori nigri, per tri-
duum in fistulam dimissa.

Fistulae
ut amplie-
tur.

Quoniam vero per ductuum angustiam medicamen-
ta difficulter immittuntur: ideo & fistula dila-
tantur, & liquida medicamenta iunfunduntur. Ampli-
antur impositis radicibus gentianae, bryoniae,
aristolochiae, serpentariae; & imprimis spongia
valide contorta, aut sambuci medulla, aut sorgi,
quae contorta, immissa, & affluente postmodum hu-
more turgescentia, sinus dilatant. Ea parte, qua
immittuntur sint tenuia, altera paulo pleniora,
appendice filo; quo si opus est, reducantur. Relin-
quuntur plus minus horis duodecim. Sic orificio &
fistulae sinu dilatato, modo descripta callum
eximentia immittantur: seu solida per se: seu
liquida infundendo: aut medicamenta dilatantia,
iis imbuendo.

Prius tamen abluatur usque à fistulae fundo,

tota eius colluvies lixivio, aqua calcis, aqua vitae, aut AEgyptiaco unguento lixivio diluta. Post immittantur, quae callos elidunt: ut (praeter enumerata) circumrasa spondilii radix, elaterium terebinthina exceptum in tentam coactum, laserpitii radicis succus, amurca cocta. Sed in antiquis inveterata. & admodum callosis & unguenti AEgyptiaci semunciam sublimati semidrachmam, lixivii uncias quatuor. aquae rosaceae uncias duas, arsenici scrupulum, aquae plantaginis uncias quatuor, bulliant ad consumptionem tertiae partis: injiciatur, & fistulae os deinceps claudatur stupa, ne medicamentum effluat.

Fistula de- Si terminetur fistula inferiore loco propè cu-
sineus in- tem; nec obstet vena, arteria, nervus, aut tendo,
tra ad cutem. eo ipso aperiatur, quo humores commodè effluent.

Fistulae Hisce remotis impedimentis, de generatione car-
& carne nis demum cogitandum est. Abluta ergo fistula,
implean- decocto plantaginis, aut aqua aluminosa, vino nigro
tur, & agglutinen austero, infunde succum pimpinellae, vel virgae
tura. aureae, vel centaurei minoris: aut per tentam un-
guentum Isidis, aut de tutia inde. Glutinabitur
postea, si ablatis turundis, labisque ad mutuum
contactum adductis, ligatura è duobus initiis cir-

cumdetur.

Haec rite facta, sola saepe suffecerit. Alioquin valet plurimum emplastrum ex una lithargyrii parte, duabus aceti acerrimi, cum oleo vetustissimo. Gentiana, aut aristolochiae rotundae radix, contritae, in vino potae, velut & pulvis ranarum, proprietate fistularum curationem promovere feruntur.

Sunt qui fistulas hoc modo compendiose & felicititer curare se jactant. Gallum, (si fieri potest) cautè exscindunt, sinum acerrimo aceto abluant, pulverem aluminis usti inspergunt, denique unguentum applicant cum stupa, ex melle, ovi albumine & tritici farina mistum. Aut raphani sylvestris contusam radicem, cum sale & porci pinguedine subactam, impomint. Aut radices tarsi barbati, cum fumaria, & flammula Iovis contusas, cum porci pinguedine subactas. Praeter caetera omnia extollitur sequens. Serpentem vivam abjectis capite, cauda & interaneis, in partes minutas dissectam coque in oleo communi, usque dum ab ossibus decidat raro; quam una cum oleo illo, in unguenti formam misce, & fistulis inunge.

Compendio-
sa fistu-
larum
curatio.

C A P U T XXVIII.

De luxatione & Cur vitate pedum.

Restituto, ferulisque ex arte fulcito
(si opus est) articulo. Rursum furfures tritici,
pinguedinem porci aut vervecis, acetum acer-
rimū, decoquantur nec adurantur, & cum linteo ca-
lide loco dera-so, circumligā, bis quotidie reno-
vando. Alii pannum inculcant in oleo cerā mixto
& cerae semunciam, applicant. vel capiunt dial-
thaeas uncias duas, elei unciam miscent & inun-
gunt. Aut radices althaeę cum porci axungia con-
tusas imponunt. Aut bryoniam quoq; in vino deco-
tam. Superveniente insigni dolore, ac tumore, con-
venit emplastrum ex furfuris tritici manipulo,
olei communis sescuncia, pinguedinis porci unciis

Dolor & tu- tribus, cerae parum: Si luxatis pedibus non po-
mor super-
veniens. test & post ventri subductis, ciis convenienti-
bus ante & post & post ventri subductis, ita è

Fissature,
extilus aut
helicis tignis superioribus firmetur, ut semipendulo qu-
asi corpore, pedi affecto, aut cruri vim non in-
ferat. Dimittatur tamen aliquando, ut procumbendo,
quietat. Cum sanescit, solvatur: habenā ducatur,
quo pede aegro incedere pedetentim consuecat.

Scapulae aut Sed & scapulae, aut coxendicis os, quandoque
 coxendicis luxatio. luxatur inopinato casu, aut gestatione praegra-
 vium sarcinarum, in aequalibus, clivosis & caete-
 roquin difficillimis viis. Quae quidem luxatio,
 cum curatur optimè, crus alterum tamen ut pluri-
 mum manet protensius. Praeter illa, quae posui-
 mus, sequentia quoque in usu sunt. Et cerae albae,
 castorei, dialthaeae singulorum partes aequales,
 mixtis inunge bis quotidie fortiter & calide. Et
 colophoniae, mastichis, thuris, sanguinis draco-
 nis singulorum partes aequales, picis faeculentae,
 quantum est pondus omnium, pulverisatis pulveri-
 sandis, misceantur omnia & calide applicentur.

Crura incur- Curvantur luxata membra, sed artificiali res-
 rata. titutione, & modo jam dicto, formae restituuntur.
 Sed equi quidam prava assuetudine curvipedes,
 aut valgi, cruribus ferme posterioribus ad in-
 teriora incurvantur: ut se invicem radant cursu,
 ac vehementius saepe contundant. Hisce in femori-
 ad inguina, illaesis dignioribus vasis, crura
 utraque ex opposito inurantur carenti ferro;
 ut incendentes, vitando dolorificum attritum, va-
 rientur; ac tandem modice distantibus cruribus,
 incedere assuescant.

C A P U T XXIX.

De Distentione, Contusione, Rigore &
Contractione Nervorum.

Accidit subinde, ut equus pede posteriore, retardanti anteriori impingat; unde ei perturbatur cursus, vacillat, & nervi anteriorum crurum majores contusi, saepe plus justo etiam exorriguntur, quamquam haec nervorum distentio, ab immodico cursu, aut nisu (ut in tractione) ut plurimum contingit; quam tumor loci subsequitur, & claudicatio. Curatio. Secta mox oppositi cruris vena *R* faenigraeci, seminis lini, squillae, terebinthinae, radicum althaeae singulorum partes aequales, contusa omnia coquantur in axungia porci, continua agitatione, ne adduzantur. quotidie bis applica calide, & fasciis circumliga. Aut tritici furfures, cum porci aut vervecis pinguedine. Aut farinae seminis lini. terebinthinae, mellis, partes omnium aequales, in vino albo coctas, ad emplastri consistentiam. Aut *R* colophoniae, mastichis, thuris, sanguinis draconis, omnium tantundem pulverisata miscean-

tur pici feculentae, quantum ad emplastrum opus est; & calide loco deraso super imposita stupa applicentur.

Tumor ab attritu.

Nonnunquam à pectore ad scapulas, se extendit non minus incommodus tumor: quem coarctatio, aut attritus duriorum ineptorumque tomicum, aut helciorum, comprimis sub praegrandi onere excitat. In parte inferiore tumoris, facta incisione; aut vino aut aceto acerrimo vulneri abluto applicetur calide, bis in die, quod sequitur. R' millefolii, gentianae, violae dentariae, melissae, partes omnium aequales, contundantur cum porci pinguedine in emplastrum.

Collum ab
attritu obri-
gidum.

Iisdem de causis, colli & cervicis maiores nervi, saepe adeò offenduntur, ut collum infletere & pabulum humo tollere equus nequeat. Abrasis pilis, quidam ab utroque colli latere, tenui stilo quinque aut sex foramina, digitus latitudinem distantia, fodicant: penicillos ex lino, per dies quindecim imponunt; sed à die quarto, ad decimum quintum, fovent decoctione millefolii, gentianae, violae dentariae, melissae, hinc vulnera consolidant. Quibus haec curatio non placet; praecedente modo fruantur.

Tumor pectoris extensus à contusione. Interdum non attritu quidem helcii, aut tomicum; sed plethorico humorum influxu, à nimio plerumque labore, aut lassitudine concitato, pectoris exteriors quoquo modo intumescunt, cum tetanico aut roboroso affectu. Sed à quacunque sit causa, post phlebotomiam venae proximae, in cervisia crassissima, panem contere secalicum, nec avara manu ad jice butyrum, continua cum agitatione decoque; atque hāc mistura pectus femoraque affecta, quotidiē bis inunge, tam calidē, quam manu ferri potest, per dies ferè novem. Alii calidē primum vino abluunt: & calido dein ac pingui carnis jure. Posteriora crura si forte sic laborant; non dissimilis medicandi ratio est.

Contractio Nervorum post ille- curationem non raro nervi, incuria Hippiatrum; male curato nervosis in locis, aut vulnere aut ulcere. Tunc locus inungatur oleo tytari cagittimam lido, aut viri cholericci urina, aut oleo laurino; quae linteo etiam calidē applicari, & refrigerata renovari debet. Vel ¹ lumbricos contusos, pinguediam porci, oleum rutaee, faecem olei lini, oleum rosarum, misce & applica praedicto modo.

C A P U T XXX.

De suffraginosis, variisque crurum
tuberculis.

S V f f r a g i n o s i sunt, quorum suffragines
vitio laborant. Et suffragines in posterioribus
cruribus, quod in anterioribus genua: quae ut ante
se flectunt, ita suffraginum actus in adversum.
Tuberculi autem de quibus potissimum hic dicendum,
nascentur ut plurimum, ab humorum fluxu irritato
ab immodico labore, illegitimo pastu, pavimenti fri-
gore, aut fumi (quo stant) fervore.

Duriuscu-
lus tumor
quem T.
Spat vo-
cant.

Duriusculus tumor seu nodus, juxta equi ungulam
Teutones Spat vocant, ubi primum extuberat, dissec-
ta, quae proxime decurrit, vena, extractoque quan-
tum opus est sanguine, fines nodo iterum stringan-
tur, aut candente ferro. Quod in altero pede, ne
incessus laedatur aequalitas, similiter agendum
est. Tunc derasis pilis, tuberculo imponantur al-
thaeae radices, ad mollitatem decocta, & contusae,
per biduum bis in die renovatae, Postea R sem.
sinapi, radices populi, stercus bovis combustum, sin-
gulorum partes aequales, pulverisata cum optimo
aceto, misce in emplastrum, bis in die renovandum.

Vel sic. Initio applica emplastrum, ex summitatibus absynthii, parietariae, apii palustris, brancae ursinae incisis & contusis, cum butyro, aut adipes subactis. Vel R olei, adipis, butyri libram, aluminis unciam, lumbricorum uncias duas, simul decocta calide imponantur. Invalescenti ac indurato tumorī (quales curatu difficiles sunt) scarificato, pulvis ex salis & tartari partibus aequalibus inspergatur, ac relinquatur per triduum. Postea butyro, adipē aut oleo inungatur. Alli scarificato loco emplastrum ex sulphure, pice, & resinā imponunt: alii, derasam pellē suillam. Alli spongiam acetō optimo ebriam, scarificationi per octiduum impo- nunt: exsiccatamque identidem irrigant. Denique & sic curatur. In loco tumoris frigidā macerato, pilī candente ferro primum amburuntur; dein illini- tur tumor unguento ex pulvere salis gemmae, oleo mistis. Postea imponitur illud, R viride aeris, sulphuris, singulorum unciam, olei, axungiae, cerae novae, quantum satis, ut fiat unguentum spis- sum, linteo superligandum, per triduum, quotidie semel renovando, pedemque affectum ab aquā praeser- vande.

$\hat{\text{E}}$ adem ferme lege curabuntur tumores illi molles,

Tumores
molles,
quos Gal-
len vo-
cant.

velut visicæ; tam crurum interioribus, quam exteriori-
bus partibus extuberantes, ad magnitudinem circi-
ter ovi, quos Gallen Teutones nuncupant.

Tametsi sint, qui tumoribus istis, primo per longitudinem ustis, stercus recens cum oleo, com-
muni calido imponunt, per 24 horas: dein per octidūm, calido inungunt oleo, & eo tempore à sor-
dibus, & aquâ adustionem praeservant: maxime autem
ne ore, aut alia re quavis, caro usque ad os ob
continuam sculpturiginem abradatur. Hinc denique
calentem cinerem inspergunt, usque ad absolutam
curationem. Quamquam rarissime persanentur invete-
rati: Interae quoque non infeliciter vena, quae
rectâ descendit ad affectum locum, vinculo interci-
pitur: tumorique scarificato saepius spongiam acer-
rimo aceto, in quo candens ferrum extinctum, ma-
dida, applicetur: & urticae radices sale contusae
aut β terrae cimoliae, faecis vini, radicum pulve-
res cum ovi albumine, in emplastrum formam redacti,
applicentur, stante interim equo in fimo equino.
Vel tumorem denique acutrajice, qui filum setaceum
ducat, bis in die circumagendum, non ante clau-
so vulnere, quam humorum effluxus desinat.

F dicatarum
nymphaeac
singulorum
identundom,
omnium

Qui eodem penè loco, sed interiore crurum anterius
 Teutonice parte nascuntur tuberculi, Teutonice Spil-
 SPILLEN. len, praecedentibus quidem minores, sed claudica-
 tionis tamen causae; hac ipsa ratione curabuntur.

Tumor oblongus, In posteriore crure, non multum à suffragine,
de Leest. nervo primario saepe insidet tumor oblongus, Teu-
 tonicè de Leest, qui initio curatur recenti huma-
 no stercore, bis quotidie applicato. Sed absolutus
 inuri & porro curari; ut praecedens tumoris spe-
 cies, debet. Aut ambustum candenti ferro tumorem de-
 cocto tapsi barbati cum radicibus fove, contusas
 postea radices forma ^ emplastri applica, saepius,
 ac longo tempore reiterando. Vel dissecta juxta
 tumoris longitudinem cute, & aluminis usti, aut
 aeruginis pulvere insperso, pannum lineum vino
 calido imbutum, circumliga; locumque circumcirca,
 dialthaeae unguento illine, continuando usque ad
 perfectam curationem.

*Super cres-
 centia ungu-
 lae den-
 Overhoef.* Tumor inter infimum articulum & ungulam Super-
 crescentia, Teutonice Overhoef appellatus; ac nisi
 subveniatur tempestive, in scirrum degenerat.

Itaque max detracto sub ungula sanguine, pes fo-
 veantur aqua fabrorum, aut in qua decoctus mis-
 tusve pulvis lateritius, vel bituminosi cespitis:

oleo de hinc rosarum & lumbricorum inuncto; impo-
natur emplastrum ex furfure triticeo, cum porci
pinguedine mixto.

C A P U T XXXI.

De Viceribus & Scabritie pedum.

V L c e r a t i o n e s pedum & scabrities (de
quibus hoc loco) contrahunt ferme equi, quod humi-
dis, & lutulentis pedibus, absq; stramine reponantur
in stabulum: excalfactive, justo citius refrigeren-
tur: aut ab impuri stabuli vapore afficiantur. Ergo
Scabrities
impetigino-
sa cum mol-
litie in-
fimo arti-
culo.
inter articulum infimum & ungulum, ubi è cute &
carne subjecta, in longum & transversum diffissa,
exit aquosus humor: accedente quandoque impetigine,
cum loci mollitie. Cape vivae calcis partes tres,
auripigmenti partem unam, pulverisata decoquantur
in aqua, continuè agitando, quoad penna imposita
facile deplumatur. Hoc inunge locum affectum cali-
de, donec pili exciderint. Hinc bis terve in die
atblue lixivio saponis, aut muria, aut urina, postea
vino calido: resiccatumque inunge hoc unguento. By
pinguedinis arietis & lythargyrii singulorum seli-
bram, viridis aeris drachmas duas, sulphuris drach-
mam, olei laurini drachmas duas, mellis drachmam

unam, terebinthinae drachmas duas, coquantur omnia
 bene mista in unguenti formam. Vel p calcis vivae
 semunciam, saponis albi solidi drachmas sex, lixivii
 quantum satis, ut fiat unguentum: quo locus bis ter-
 ve inunctus, posteaque vino calido ablutus, curabi-
 tur sequentibus. p fuliginis drachmas quinque, vi-
 ridis aeris drachmas tres, auripigmenti drachmam:
 bene contrita cum melle quantum est pondus omnium,
 ac nonnihil calcis vivae, simul sine adustione co-
 quantur in unguentum, quod inungatur bis quotidie.
 Aut, tartarum pulverisatum, cum sapone nigro & sale
 misceantur in unguentum. Aut p fuliginis unciam,
 calcis vivae semunciam, resinae, & salis singulorum
 drachmas duas, bene tritae subigantur cum aceto
 in emplastrum, calide superligandum. Sed diligen-
 ter sic affecti, pedes, ab aqua frigida, aut sordi-
 bus defendantur.

Rimae ad un- Rimae in commissurā ungulae ac vivae carnis, à
 gulae com- missuram. qua cunque causa, curabuntur, si tantum de ungula
 abscindatur, ut laesam carnem non amplius offen-
 dat. Deinde vino, aut urina, aut aceto abluantur fis-
 surae: & impone ovum ad duritiem coctum; manu pres-
 sum, supra carbones fervefactum, quod ubi inreputit,
 bis terve novo fervidoque renovandum est, usque dum

locus aliquatenus erit ambustus. Hinc fuliginem & tritici farinam aequis portionibus subliga, cum pauco sale, & in oleo aut butyro quantum satis, coque pro emplastro, calide applicando, & per quadrum, semel in die renovando. Alii quoque proportionatam pellem porcinam superligant.

Contra quālibet ulcera-
tionem agit
scabritiem
crurum.

Sed & sequentia usurpantur remedia, ad quaelibet fere pedum ulcera, fissuras, scabrities, impetigines, aut alias similes affectiones. Nempe, tritici furfifes, cum suillâ pinguedine cocti; Vel stercus anserinum, cum aceto subactum: vel sal tostum, cum ovi candido: vel & seminis sinapi semunciam, farinae tritici unciam, aceti parum & axungiae quantum satis, ut fiat emplastrum. Vel viridis aeris uncia, cum melle & aceto, coquatur in un-

Funcias suas, guentum. Vel pinguedinis porci & fuliginis singulo supra ignem misce, addendo rum drachmas tres, cantharidum drachmas duas, succi mellio uncias suas, sulphuris flammulae & aceti singulorum semidrachmam, miscean Semunciam, Si à frigore tur pro emplastro. Abluitur etiam commode aqua & ortum sit malum. Vel & cerae aceto rosaceis, in quibus dissolutum est salis fos albae, pices, resinae, olei. siliis modicum. Communis Singulorum

C A P U T . XXXII.

De Ungulae & Calcanei affectionibus.

Tumor in
carne sub
ungula.

I N . pedis cavum, seu carnem sub ungula, iisdem ferme de causis, quas superiore capite recensuimus, humores desuper quandoque ruunt, tumoris simul & claudicationis cause. Pabulum viride aut frumentaceum copiosum, sicut & nimis avarum, hoc casu nocet. Porro ungulae calcaneo affecti pedis, ad vivam usque carnem excavato, incidatur locus; & humorum fluxui via aperiatur. Hinc R furfures tritici, pinguedinem vervecinam aceti modicum, misceaneur supra ignem, in pultis formam, quae cum linteo calide superligetur. Vel R stercoris porci, calcis vivae singulorum partes aequales, decoquantur in acetato acerrimo, & similiter applicentur. Alii partem vestigii anteriorem excindunt, venam eius loci secant: ubi sponte substitit sanguis, vulneri vervecis pinguedinem infundunt, sal aspergunt, & stupam aceto ebriam, superligatam per biduum relinquunt. Postea gallarum, myrrhae & lentisci pulvere curant. Vel R thuris, mastichis pulverisati singulorum semunciam, pinguedinis arietis, & cerae quantum satius, supra ignum misceantur in unguentum.

Ficus pedum. Ex mala vestigli, quolibet modo vulnerati, cura-
 tione, fungosa ^{caro} si expullulat in formam ficus, ipsa
 affectio sycosis seu ficus denominatur. Ex cissa
 ergo radicibus omni ~~pravæ~~ carne, ungulaque quan-
 tum opus est, ubi substitit sponte sanguis, super-
 ligetur spongia marina, aut alumen ustum cum aeru-
 gine; quoisque pravitas omnis ablata est. Hinc cu-
 retur, ut alia pedis vulnera solent. Cavendo semper
 à sordibus, frigore, humiditate & labore.

Dissolutio
ungulae.

Cum dissolvitur ungula, sive ab humorum influxu;
 sive quod absque ferreis soleis, aspera, saxosa,
 difficultaque itinera conficit; unde ungula & ca-
 ro subjecta saepenumero admodum attrita est, subse-
 quente istic loci apostemate. Hoc casu ungulae ves-
 tigium porro pro necessitate exscindendum est:
 affectaque caro dissecanda, quo humores istuc de-
 lati commode effluant. Ubi sponte substitit san-
 guis, ungula impleatur stupa, ovi candido imbuta,
 nec biduo removenda. Hinc abluto vulneri calente
 aceto acerrimo, per triduum continuum superligetur
 sal tritum, cum tartaro. Postea stupa aceto malida.
 Hinc bis quotidie abluatur calente aceto acerrime:
 & gallarum, myrrhae, ac tartari pulvis inspergatur,
 usque ad vestigii consolidationem.

Variis quoque de causis mutantur ungulae. Quoties

Ungularum
mutatio.

cunque autem nova subnascens ungula deprehenditur,
vetus commode incidatur supra, circa pedis coronam,
ubi nova primum apparet: creberrime unguenda pin-
guedine porci, cum pice liquida. Postea ~~R~~ pingue-
dimem arietis ad libram, cerae albae uncias duas,
olei communis parum, decoque simul in unguentum
& obline. Interea ungulae veteris vestigium cre-
bro resecandum; infundendumque vervecis sevum, &
linteo circumducto custodiendum, saepeque reno-
vandum. Procedente tempore ~~R~~ colophoniae, thuris al-
bi, mastichis, boli Armeni, sanguinis draconis, gal-
bani singulorum partes aequales, vervecis pingue-
dini & cerae albae misceantur, sic tamen ut pin-
guedo ceram duplo excedat. Hoc unguento linteum be-
ne imbutum aptabitur in calcei formam; ac ne exci-
dat, pedi diligenter circumligabitur: renovando
semel in die, ac acerrimo aceto abluendo. Sequen-
tibus remediis ungulae mero modo etiam renovantur.

~~R~~ radicis consolidae majoris selibram, radicum
ebuli, uncias tres; bene purgatae & incisae radi-
ces decoquantur in olei & arietis pinguedinis
singulorum selibrâ, axungiae porci libris duabus;
vini selibrâ usque ad vini consumptionem, colatu-
rae admisce terebinthinae uncias duas, resinæ

unciam, mastichis, sanguinis draconis, ammoniaci,
thuris albi singulorum drachmam, picis turbidae
semunciam, mellis, cerae singulorum parum. usus
est, ut praecedentis. Vel $\frac{1}{2}$ succi raphani sylves-
tris, cyclaminis, lanceae Christi, singulorum
drachmas duas, axungiae veteris, olei chamaemelini,
therebinthinae, butyri, dialthaeae, cerae novae sin-
gulorum drachmam; olei communis unciam, misceantur
leviter ebulliendo, addito sanguinis draconis pul-
vere ad semunciam.

Cautio. Cavere in quolibet pedum affectu, omni studio
necessse est, ab aqua, sordibus, frigore, pavimenti
duritie, & calcitratione. Ac quotiescumque pedi
difficulter equus insistit, ex trabe quasi suspen-
datur, uti in capite de Luxatione ostendimus.

Ungulæ ut
emollian-
tur. Praedurae partes ungularum, ubi opus est, sic
emolliuntur, $\frac{1}{2}$ pulveris calcis vivae unciam, sa-
ponis liquidi sesquiunciam, lixivii fortis quan-
tum satis; misceantur supra ignem in unguenti
formam. quod stupa loco emolliendo applicandum,
cavendo ne partes adjacentes contingantur.

C A P U T XXXIII.


De Reparatione Pilorum.

IN locis calvis à vulnere, ulcere, aut alia causa non naturali, eâ sublatâ, quae sequuntur remedia, præ caeteris regnere pilos perhibentur. Nempe illiti cineres corticum, avellanarum interiorum, exteriorumque cùm axungia. Aut oleum in quo talpa ad putrilaginem cocta est. Aut quae ab anguilla dum torretur veru decidit pinguedo. Et alœ cum vindissoluta. Liquor è vulnerato tiliae truncо. oleum in quo radicēs salicis & myrobalani emblici coxerint. Xpes cum alveolis contritae. Et pulvis apum cum oleo spicae. Oleum in quo lacertae abjecto capite & caudâ incoctae sunt. Caetera, quae infinita ferè sunt: uti quae de pilis varie immutandis, colorandisque apud varie authores describuntur; nos ne pili quidem facimus. Hactenus satis copiose de pecorino corio, ducibus eorum magistris, decertasse contenti.

F I N I S.

Conclusio
operis.

228046



LUGDUNI BATAVORUM.

IN TYPOGRAPHEIO GUILIELMI CHRIS-
tiani, & Georgii Cornelii.

Anno M.D. XXXI.

a3907